This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

La S. 437. 15

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
ALBERT ANDREW HOWARD
POPE PROFESSOR OF LATIN

THE GIFT OF HIS SON
HERMANN HAGEN HOWARD
Class of 1916

RECEIVED OCTOBER 15, 1929

D

Howard

QUAESTIONES SALLUSTIANAE

AD

LUCIUM SEPTIMIUM ET SULPICIUM SEVERUM

GAI SALLUSTI CRISPI IMITATORES

SPECTANTES.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE OBTINENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS PRATJE

STADENSIS.

GOTTINGAE MDCCCLXXIV.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

Ls S. 437.16

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
PROF. ALBERT ANDREW HOWARD
OCT. 15, 1929

ADOLPHO KIENE

d. d. d.

AUCTOR.

Gai Sallusti Crispi, qui Romanorum primus historiam artifice stilo composuit, scripta vel ad novissima mediae aetatis tempora non modo frequenter lectitata sunt et excerpta, sed etiam illustrissimis rerum scriptoribus proposita fuerunt ad imitandum. Quid ego hic commemorem Witechindum Corbejensem, quid Hersfeldensem Lambertum, quid Adamum Bremensem, quid multos alios, apud quos lectionis Sallustianae vestigia reperiuntur, unum liceat mihi hoc loco paullo pluribus laudare Ottonem Frisingensem, quippe qui homines doctos etiam ea tempestate, qua litterae Germanicae florere coeperunt, in rebus componendis Sallustium imitatos esse testetur.

Sed ut nunc tandem ad ipsius Sallusti aetatem accedamus, jam aequales eum ad summam admirationem sui convertisse apparet. Quod ita fuisse cum Seneca auctor est, qui in epist. 118,14 L. Arruntium propter nimiam Sallusti imitationem graviter vituperat, tum inde colligimus, quod multos ille habuit obtrectatores, qui non insectantur nisi qui insigni aliquo opere gloriam adepti sunt. Lenaeum enim »acerbissima Sallustium satira lacerasse et vita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem appellasse« (Sueton. de illustr. gramm. 15 ed. Baumgarten-Crusius) Titumque Livium Sallustio iniquissimum fuisse comperimus cfr. Sen. controv. p. 249 ed. Burs. Multum tamen abfuisse, ut auctoritas Sallusti infringeretur, Curtius docet Rufus, quem multa e Sallustio et Livio in libros suos de gestis Alexandri Magni transtulisse usumque eorum dicendi imitatum esse Wiedemannus in Philol. vol. XXXI p. 756—760 luculenter demonstravit. At multo majorem imitationis Sallustianae gloriam sibi comparavit P. Cornelius Tacitus,

qui non modo rerum Romanarum florentissimum auctorem fuisse Sallustium praedicat (A. III, 30) et sermonem suum ad dicendi quo ille usus fuerat genus accommodat cfr. Woelfflin in Philol. vol. XXVI, p. 122 cet.; sed etiam, quo studiosius eum amplexus est, eo majore ipse eminuit arte. Atque quamquam Frontonem quoque, A. Gellium, L. Apulejum, Hegesippum, Exuperantium (cfr. Bursiani libell. academ. Turici 1868) genus dicendi Sallustianum minime despexisse permultis illustrare possumus exemplis, tamen propter studiorum nostrorum rationem non respiciemus nisi Lucium Septimium, qui graecam se Dictyis Cretensis ephemenida belli Trojani in linguam latinam transtulisse dicit in epistola ad Quintum quendam Aradium, prologo totique rerum narrationi praefixa. Quam epistolam non ejusdem scriptoris esse atque prologum inde elucet, quod in partibus quibusdam narrationis alterum prooemium ab altero recedit; sed utrum epistolam prius idem verum ephemeridos prooemium habeamus an prologum, equidem dijudicare non ausim. In prooemiis autem, quamquam nonnulla varie narrantur, congruenter tamen traditur Dictn Cretensem bellum Trojanum, cui Idomenei comes interfuerit, literis Punicis descripsisse ejusque opus, in sepulcro inventum, jussuque Caesaris in graecum sermonem conversum esse. Ut vero in tempore artem nesciendi exercere utilius est, quam arroganter incerta proferre prolataque defendere, ita nos quoque Dictys ille quis fuerit ignorare libenter fatemur. Quid quod Dungerus (die Sage vom Trojan-Kriege in den Bearbeitungen des Mittelalters und ihre antiken Quellen, p. 18) ephemerida, quoniam nulla graeci exempli exstant vestigia, graeca lingua unquam conscriptam fuisse prorsus negat, idque ea potissimum de causa recte statuisse videtur, quod sententiae dictaque Sallustiana haud raro repetuntur, quae Septimio, si graecam quandam ephemerida in linguam latinam transferre debuisset, ut narrationi suae insereret, nusquam contigisset. Sed quoquo modo res se habet, id prorsus certum esse videtur, illum qui historiae illius auctor est, sive grammaticus sive quilibet alius, quo magis fidem faceret, dedita opera tenebras sibi obduxisse. Jam de scriptoris ejus, qui nomen sibi addidit Septimii, aetate certum judicium prolaturis duae respiciendae videntur

res, nomen Q Aradii, cui epistola inscripta est, et dicendi quo scriptor utitur genus. Aradios quidem duos saeculo quarto fuisse Teuffel in histor. litt. rom. p. 957 ostendit neque tamen ad alterum eorum epistolam illam datam esse demonstravit. Quae cum ita sint, mihi quidem in tota quaestione dijudicanda e sermone Septimii proficiscendum esse videtur. Qui sermo, e dicendi generibus cum aliorum tum Sallusti confusum, quamquam non caret iis quae scriptoribus quarto vel quinto saeculo florentibus sunt familiaria, tamen mea quidem sententia, quam ne fines huic disputationi constitutos egrediar non plenius exponam, non tam impurus est, ut cum Teuffel Septimium Theodosii demum aequalem fuisse credam. Exeunti autem secundo vel ineunti tertio saeculo tribui eum maluerim. Atque haec hactenus.

Neque minus scriptores ecclesiastici Sallustium amplexi usumque ejus dicendi imitati sunt. Sed longum est ire per singula; hoc unum commemorabimus, in scriptis Aurelii Augustini et vel maxime in libris de civitate Dei multos locos Sallustianos laudatos esse (cfr. I 5. II 21. III 10, 14, 17, 21 cet.) Sulpiciumque Severum Aquitanum, cujus praeter libros a mundi exordio duos — quem verum chronicorum illorum titulum esse Bernaysius in appendice disputationis suae de chronicis Sulpicii Severi (Berol. 1861) statuit — vita Sancti Martini, dialogi tres totidemque epistolae nobis manserunt, ut Sallusti Tacitique aemulum satis innotuisse. Severum autem cum omne se tempus in Stiliconem consulem direxisse ipse testetur (C. II 9, 7) initio quinti saeculi floruisse constat.

Jam vero quoniam libri manu scripti, quibus opera Sallusti tradita sunt, cujusque generis non modo erratis sed etiam corruptelis plena sunt, quibus vitiis accedit quod ipsi codices haud raro multum inter se discrepant; et quoniam historiarum non habemus nisi fragmenta eaque de causa quae fuerit verborum et locutionum Sallusti copia non plane perspicimus, qui scriptis ejus in lucem edendis operam navarunt quaecunque Sallustiana cum alii scriptores tum grammatici memoriae prodiderunt undique summo studio collata in rem suam converterunt. Neque desunt qui locos Sallusti ad aliorum scriptorum manum restituendam adhibuerint. E quibus praeter ceteros nominandus est Woelfflinus, quem

Tacitum e Sallustio emendare videmus in Philol. vol. XXVI, p. 127 sequ. et Benaysium qui in Mus. Rhen. vol. XVI, p. 317, Severum locis Sallustianis adhibitis sanare conatus est. At contra praeter Wiedemanum (cfr. Philol. XIX, p. 154—155) nemo ni fallor exstitit, qui contrariam rationem ingressus vitiis eis, quibus ipse aegrotat Sallustius, imitatoribus tamquam medicis arcessitis mederi instituerit. Quae cum ita sint, quamvis intra prima nos staturos initia neque vires rei magnitudini suffecturas bene meminerimus, tamen, si quaestionem in L. Septimio et Sulpicio Severo continuerimus, fore speramus, ut pro virili quidem portione ad rem difficiliorem expediendam conferamus. Quo in negotio quoniam interest, nos universum locorum Sallustianorum quos imitatores illos ante oculos habuisse suspicari possumus numerum cognoscere atque in uno conspectu positum perlustrare, ita rem instituemus, ut cunctis Sallusti locis, quorum similes apud imitatores reperiuntur, in prima quaque pagina conscriptis, in secunda Septimii, in tertia Severi consignemus imitationes. Ceterum, quamquam jam Cortium utrumque imitatorem saepenumero respexisse, Bernaysium in disputatione sua quam supra laudavimus (annot. 50) Severum cum Sallustio contulisse, multo plures locos Sallustianos et Dederichum in editione Septimii p. 241—378 et Meisterum p. VIII—X collegisse non ignorabam, tamen, quia multa etiam ab eis omissa esse videbam, non peperci labori meo, quin cunctos locos, quibus singula quae Sallustius usurpavit verba, quot quidem in indice Dietschiano collata sunt, etiam apud imitatores reperiuntur, perscriberem, perfectoque negotio molesto taediique pleno, cum denuo Sallustium tractarem, in singulis ejus verbis, nonne simili contextu ab imitatoribus posita essent, perscrutarer. Cujus laboris, si contigit mihi ut numerum exemplorum augerem, satis magnum percepisse mihi videor fructum.*)

*) Editione Sallusti Dietschiana (Lips. 1859), Meisteriana Septimii (Lips. 1872), Halmiana Severi (Vindobon. 1866) usi sumus.

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
1.		
3) dux atque inperator vitae mortalium	II 35 dux atque imperator militiae	C II 4, 1 duce et concitatore conjurationis
ad gloriam virtutis via grassatur	I 16 cum ad gloriam . . festinarent	
2.		
2) ingeni egregia facinora	II 19 egregia laborum ejus facinora	
3.		
3) . . extremae dementiae est: nisi forte quem . . . lubido teest potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.	IV 32 postremae desperationis atque amentiae	C I. 32, 3 plane insigni exemplo amentiae praeoptabat libertatem servitio mutare
4.		
1 sequ.) Ceterum ex alliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum nam saepe ego audivi . . . praeclaros viros solitos ita diare: cum majorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem adcendi. Sclicet . . . memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequarit.		M. 1, 1—2 Plerique mortales . . . exinde perennem, ut putabant, memoriam nominis sui quaesierunt, si vitas clarorum virorum stilo inlustrassent. quae res non perennem quidem, sed aliquantulum tamen conceptae spei fructum adferebat, quia et suam, licet incassum memoriam propagabant, et propositis magnorum virorum exemplis non parva aemulatio legentibus excitabatur
	II 4 divinis patriis virtutibus propriam gloriam aequiparaverat	
3) memet studium meum laudando extollere	IV 16 virtutemque ejus commemorando efferre laudibus	
8) alia . . . per se ipsa clara et magnifica	II 19 ipsi clari atque magnifici	
9) verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget taedetque; nunc ad inceptum redeo.		C I. 23, 7 sed longius quam volni egressus sum, dum me temporum nostrorum piget taedetque: ad inceptum redeo.
5.		
1) variaque victoria fuit	III 16 varia semper victoria certaverat	
5) amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit	II 13 fideles atque amicissimi nobis ad hoc tempus permanserunt	
eodem cultu quo liberos suos domi habuit	I 1 secum eos habuerat neque minus quam regios educaverat	C I. 18, 3 nutriendum pro filio curavit

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
6.		
1) qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, set multo maxume ingenio validus, non se luxu neque inertiae conrumpendum dedit, set equitare, jaculari, cursu cum aequalibus certare, et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse, ad hoc cet	I 14 hic in primis adulescentiae annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum omnes jam tum virtute atque gloria superabat, neque tamen aberat ab eo vis quaedam inconsulta et effera morum inpatientia	
pollens viribus, decora facie, set multo maxume ingenio validus cfr. Cat. 10, 5	II 4 procerus corpore ac pollens viribus	C II 16, 1 insigni specie, sed moribus quam vultu illustrior
cursu cum aequalibus certare	III 19 cursu longo certantibus	
primus aut in primis ferire	II 3 primi aut inter primos bellantes	
3—7, 1) terrebat eum..., ad hoc studia Numidarum in Jugurtham adcensa: ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur anxius erat. Eis difficultatibus circumventus ubi videt neque per vim neque insidiis obprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promptus et adpetens gloriae militaris, statuit eum objectare periculis et eo modo fortunam temptare		C I 34, 6 multus circa David favor invidiam regis accenderat. timens autem tam carum omnibus cum invidia et pernicie necare, objectare eum periculis statuit
3) praeceps ad explendam animi cupidinem	I 8 cupidine animi praeceps	
spe praedae transversos agit	I 7 praeda atque libidine transv. agebantur	
7.		
1) tam acceptum popularibus	IV 9 acceptus popularibus	
quod erat . . . statuit	I 8 quod erat ... aufert	
2) sperans vel ostentando virtutem vel hostium saevitia facile eum occasurum praefecit Numidis quos in Hispaniam mittebat. 3) Set ea res longe aliter ac ratus erat		C 1. 34. 7 ac primum tribunum eum fecerat, ut rem bellicam curaret: inde —: sperabat enim juvenem periculosa audentem facile periturum. sed longe aliter ac ratus

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
evenit. Nam Jugurtha, ut erat inpigro atque àcri ingenio, cet		erat evenit: nam, ut proposuerat, inpigre David cet
4) qui tum Romanis inperator erat	III 10 Echinatibus imperator	C I 29, 5 huic bello Judas dux fuit
5) et proelio strenuus erat et bonus consilio	II 25 cum virtute tum consilio bonus	
6) quippe cujus neque consilium neque inceptum ullum frustra erat.	II 15 cujus neque consilium umquam neque virtus frustra fuit	
8.		
1) quibus divitiae bono honestoque potiores erant	II 23 quibus cupiditas utilitate potior est	C I 6, 5 quibus illicita potius desiderio erant
Romae omnia vaenalia esse.		C II 49, 3 cuncta ibi vaenalia erant
9.		
4) morbo atque aetate confectus cum sibi finem vitae adesse intellegeret, coram ... dicitur hujusce modi verba ... habuisse		C I 51. 3 aeger corpore morbo incubuerat, cumque Jsaias ... annuntias set vitae ejus finem adesse, flesse rex traditur
10.		
1) neque ea res falsum me habuit	II 87 quae res non frustra eos habuit cfr. 1,11	
3) nunc quoniam mihi natura finem vitae facit	III 26 ceterum sibi optatissimum adpropinquare naturae finem	
5) quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris?	II 22 quis frater fratri aditum patefaciet? quis hospitem aut cognatum non tamquam hostem cavebit?	
7) ceterum ante hos te, Jugurtha, quia aetate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat providere decet	II 22 quapropter dum adhuc res integra in manibus vobis est, etiam atque etiam providete	
11.		
ad ea Jugurtha, tametsi ... agitabat, tamen pro tempore benigne respondit	II 5 ad ea Telephus, etsi ... afflictabatur, benigne tamen respondens ... ait	
2) more regio	II 52 regio more	C I 12, 2 more regio
postquam illi justa magnifice fecerant	V 6 ubi justa pueris facta sunt cfr. IV 8, IV 13, VI 13	C I 12, 7 funus magnifice curatum cfr. II 25. 2
reguli in unum convenerunt	I 8 reguli cfr. I, 10, II 24, III 14, 15 – I 12 in unum conveniunt	
3) natura ferox et jam antea ignobilitatem Jugurthae despiciens		M 20, 1 ferocis ingenii virum et bellorum civilium victoria elatum

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
4) aetati concederet	V 14 honori ejus per verecundiam concedens	
5) consulta et decreta omnia rescindi		C II 36, 6 de Photino non est rescissa sententia
8) quae ubi tardius procedunt . . ., statuit quovis modo inceptum perficere		C II 38, 1 tum vero Ariani, ubi doli parum processerant, vi agere decernunt
neque lenitur animus ferox	III 2 ubi animus non lenitur cfr. IV 10	
12.		
3) carus acceptusque	I 20 jucundus acceptusque	C I 2, 6 carus acceptusque cfr. 1. 25, 1. I 35, 2. II 7, 2
13.		
1) fama . . per omnem Africam brevi divolgatur	I 3 per omnem insulam fama in majus divulgatur	
in duas partes discedunt	V 15 studio in partes discedunt	
2) urbis partim vi, alias voluntate inperio suo adjungit, omni Numidiae inperare parat		C I 24, 1 subactis aut per deditionem acceptis gentibus imperitabat
3) parabat armis contendere		C I 21, 4 paratus armis contendere
5) facinus suum cum animo reputans	II 22 reputate cum animis vestris	
6) veteres amicos muneribus expleant	V 15 singulos quam maximis donis replet	
7) quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat	I 6 cujus maxime ea tempestate domi bellique consilium valuit	C II 45, 8 quorum ea tempestate summa auctoritas erat
set ubi ..., tanta commutatio incessit, ut	II 42 tanta . . mutatio animorum . . incesserat	D 1. 1. 7 tantus . . in cesserat ardor animorum
14.		
3) quoniam eo miserarum venturus eram		C I 20, 6 eoque mali ventum, ut
7) deformatus aerumnis	III 11 deformatum jam lacrimis	
9) numquam ergo familia nostra quieta erit? semperne in sanguine ferro fuga vorsabitur?	V 2 numquam civitas nostra . . . ad requiem emersit, usquamne nobis defuere fletus aut sociis imminutae calamitates?	
10) laeti pacem agitabamus	V 11 pacem atque amicitiam agitavere	
11) regnum ejus sceleris sui praedam fecit	I 5 universam domum ejus in scelus proprium convertit	
extorrem patria domo, inopem et copertum miseriis effecit		C II 30, 8 extorres patria per orbem terrarum dispersi cernuntur
15) clausi in tenebris, cum maerore et luctu morte graviorem vitam		M 16, 4 moritur misero genere languoris, et quod ipsa est morte crudelius . . . vivit

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
18) si huic inperio fortuna mutaretur, una occidendum nobis esse	III 14 si fortuna in se casum mutaret, una atque eadem sepultura . . . contegi	
21) in has miserias projectus sum	III 21 in hasce miserias deduxit	
22) tibi . . . unde minume decuit, vita erepta est	II 15 circumventus a quibus minime decuerat indigno modo interiit	
laetandum magis quam dolendum puto casum tuum	II 22 dolendam hercule vicem vestram puto, qui	
23) set fugam exilium egestatem, set omnis has quae me premunt aerumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix, in tanta mala praecipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum praebeo	III 21 cui misero confectoque maeroribus omnes aerumnas, quibus nunc depressus infelicissimum spectaculum mortalibus praebeo, cum hoc exiguo spiritu simul auferes	C II 11, 3 tum ille adversa gentis suae et ruinam civitatis deflere, quae . . . solo strata malorum testimonium, spectaculum inimicis praeberet
cujus vitae necisque potestas ex opibus alienis pendet		D I 10, 1 per omnia ad nutum illius potestatemque pendere
15.		
2) magna pars, gratia depravata ... nitebantur		C II 5, 2 quod cum certatim ab omnibus, depravatis adulatione omnium animis, fieret
3) at contra pauci	IV 5 at contra Graeci	C II 30, 7 at contra alii
quibus bonum et aecum divitiis carius erat, . . . severe vindi candum censebant, set ex omnibus maxume M. Aemilius Scaurus		C II 37, 7 pauci, quibus fides cara et veritas potior erat, injustum judicium non receperunt: inter quos Paulinus
homo nobilis, inpiger factiosus		C II 40, 4 homo inpotens et factiosus
callide occultans		C II 12, 2 callide dissimulans
16.		
3) dando et pollicendo multa perfecit, uti . . . anteferret	V 14 singulos ambiundo orandoque ad postremum perfecerat, uti	C II 48, 5 largiendo et ambiendo . . . cupita extorquerent
17.		
2) de eis haut facile conpertum narraverim		M 1, 9 neque me quicquam nisi conpertum et probatum scripsisse arbitrentur cfr. D I 15, 1
6) plerosque senectus dissolvit		D I 16, 2 cum vomitus . . . animae sedem dissolveret
bestiis interiere	VI 4 morsu serpentium interierat	C II 26, 2 laniatu canum interirent

Sall. Jug.	Diet. Cr.	S. Sev.
18.		
2) vagi palantes quas nox coegerat sedes habebant		D I 15, 2 nullo umquam certo loco consistunt — quas nox coegerit, sedes habent
7) ei paulatim per connubia Gaetulos secum miscuere		C I 2, 7 angeli matrimoniis se mortalibus miscuerunt
8) aedificia . . oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt		D I 3, 3 tugurium . ., cujus tectum quasi carina navis erat, contiguum terrae, firmis tabulatis constratum
9) mutare res inter se instituerant	II 8 conmutare res cum accolis sueti	
11) res Persarum brevi adolevit	V 12 certamen brevi adolevit cfr. V 15	
12) finitumos armis aut metu sub inperium suum coegere		C II 15, 2 urbes aut vi capit aut metu in deditionem compellit
in gentem nomenque inperantium concessere		C II 8, 2 in potestatem ditionemque ejus concessere
19.		
2) nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere, quoniam alio properare tempus monet		C II 27, 3 verum haec . . . attingere non ausus, ne quid forma praecisi operis rerum dignitatibus deminueret, reliqua exequar
6) loca exusta solis ardoribus		C I. 43, 2 loca omnia adusta solis ardoribus
20.		
2) oportunus injuriae		C I 10, 6 oportunus injuriae fuit
3) pleraque loca hostiliter . . adcedit, deinde cum omni multitudine in regnum suum convortit	II 27 cunctis qua pergebat in fugam versis, ubi tempus visum est, cum magna praeda ad suos convertit	C I 46, 4 multam praedam in regnum suum convertit
4) existumans Adherbalem . . . injurias suas manu vindicaturum	II 1 injuriam manu vindicandum rati	
5) qui tametsi contumeliosa dicta retulerunt, prius tamen omnia pati decrevit		C I 44, 3 sed tam injustis conditionibus extrema perpeti satius visum
bellum sumere	III 20 ante sumptum bellum	C II 19, 7 ne forte . . . bellum sumerent
7) itaque non, uti antea, cum praedatoria manu, sed . . . aperte		C II 40, 1 interea Arriani non occulte, ut antea, sed palam ac publice. cfr. C I 35, 4
8) ceterum qua pergebat, urbis agros vastare, praedas agere	II 16 ceterum qua pergebat agri referti jugi pace depraedati omni-	

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
	busque vexati, neque quicquam non eversum aut vastatum relinqui	
suis animum, hostibus terrorem augere	II 12 metum hostibus et fiduciam suis effecere	
21.		
1) intellegit eo processum, uti regnum aut relinquendum esset aut armis retinendum		D II 6, 2 imperium nec sine periculo renui nec sine armis potuit retineri
2) ubi plerumque noctis processit	II 4 jamque diei plerumque processerat	
3) festinans tempus legatorum antecapere	II 8 festinabatur, uti... tempus profectionis antecaperent	
22.		
1) set is rumor clemens erat	IV 10 rumorem proditionis ortum clementer per exercitum in verum traxerant	C II 49, 5 jam tum rumor incesserat clemens
23.		
1) dies noctisque	III 51 dies noctesque	
2) ubi intellegit omnis suas fortunas in extremo sitas, . . . duos maxime inpigros delegit: eos multa pollicendo ac mi serando casum suum confirmat, uti		C I 44, 4 cum jam omnium desperata esset salus, propheta . . . regem adit, hortatur, ut in proelium exeat, cunctantem multis confirmat
ubi intellegit... bellum non trahi posse	II 3 ubi animadvertere . . . eventum belli trahi	
24.		
1) paucis diebus jussa efficiunt	II 33 hique brevi jussa efficiunt	
2) saepe ad vos oratum mitto	II 21 iterato ad vos ob eandem causam oratum venimus	
9) fidem verbis faceret	I 20 ementito argumento fidem fecerat	M 4, 6 facturus fidem dictis
25.		
3) ita bonum publicum privata gratia devictum	I 10 ita ad postremum bonum publicum materna gratia corruptum est	C I 29. 5 ita paucorum scelus publico exitio punitum
6) metu atque lubidine diversus agitabatur: timebat iram senatus . . . porro	I 21 metu atque haesitatione diversus agebatur: terreri quippe primo . . . dein	D II 11, 1 variis cogitationibus brutum pectus agitabat
11) multa tamen oratione consumpta . . . frustra discessere	II 5 cfr. II 24 multa invicem oratione consumpta . . . acrius incusare	C I 43, 7 frustraque consumptis invocationibus imbecillitatem . . . taciti fatebantur
26.		
1) Italici, quorum virtute moenia defensabantur	II 12 Achilles et Ajax Telamonius, quorum virtute Graeci sustentabantur	

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
3) Adherbalem excruciatum necat	V 12 Deiphobum . . . summo cruciatu necat	
uti quisque armatis obvius fuerat, interficit	I 19 uti quidque malo obviam fuerat, vastabatur	
28.		
1) quippe cui . . . in animo haeserat	IV 1 quippe quis animo ita haes erat cfr. IV 13	
2) recipi moenibus		D III 12, 1 recipi moenibus
4) quorum auctoritate quae deliquisset munita fore sperabat		C II 47, 4 rati nimirum, si hominem acrem et callidum sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore sese
5) nam in consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant, quas omnis avaritia praepediebat		D III 11, 1 fertur enim ille vir multis bonisque actibus praeditus adversus avaritiam parum consuluisse
quas omnis avaritia praepediebat	I 10 quem desiderium a recto . . . praepediebat	
firmissumus contra pericula	I 23 adversus infortunia firmissimus	
29.		
1) animus aeger avaritia facile conversus est		C II 18, 3 sollicitus tamen regis animus, aeger avaritia, facile superatus est
2) a bono honestoque . . . abstractus est	II 23 a bono honestoque elapsi	
30.		
1) per omnis locos et conventus de facto consulis agitari	V II ore omnium agitabatur	
2) auctor et socius Bestiae ferebatur	II 31 duce atque auctore Achille	M 6, 4 auctor et princeps Arianorum
3) inter dubitationem et moras senatus	I 21 inter tantam animi dubitationem	
31.		
2) quam foede quamque inulti perierint	V 12 foede atque inultos obtruncavere	
5) verum id . . . in vostra manu situm est	II 21 cetera in manu vestra sita sunt	
6) contra injurias armati eatis	II 12 armati eunt contra	
suomet ipsi more praecipites eant	VI 10 cod. P. sive dolore praeceps ierit	
8) quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit	II 21 consequens fuit . . . per vim extorquere quod amice impetrari nequitum est	
10) neque eos, qui ea fecere, pudet aut paenitet		C 1. 38. 6 hujus eum facti mox piguit paenituitque
11) servi aere parati	II 22 dolendam hercule	

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
injusta inperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, in inperio nati, aequo animo servitutem toleratis?	vicem vestram puto, qui innoxii et culpae ejus vacui, nati paucorum libidini paulo post alieni sceleris poenas subire cogemini	
12) quibus fides decus pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt		C I 23, 5 emunt venduntque, quaestui per omnia student ... atque omne vitae decus mercede corruptum habent
20) regna provinciae, leges jura judicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia penes paucos erant	II 22 omnia foederis jura ac pietatis apud barbaros Graecosque clausa erunt	
25) moneo hortorque vos, ne tantum scelus inpunitum amittatis		C I 51, 2 orasse Deum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam sineret
20) inperatores omnium gentium		C I 50. 5 victorem omnium gentium
32.		
1) haec atque alia hujuscemodi saepe dicundo ... persuadet	I 6 haec atque alia hujus modi inserens ... jubet	C I 32, 6 his atque aliis istius modi frustra dictis ... consulit.
3) tanta vis avaritiae in animos eorum veluti tabes invaserat		C I 23, 5 tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido veluti tabes incessit
5) timido et ex conscientia diffidenti rebus suis		C I 12, 8 pro conscientia paventes cfr. C I 32, 1
ne vim quam miseri cordiam ejus experiri mallet		C I 24, 7 expertumque et misericordiam et severitatem Dei
33.		
1) Jugurtha contra decus regium cultu quam maxume miserabili cum Cassio Romam venit	III 20 Priamus lugubri veste miserabile tectus, cui dolor non decus regium, non ullam tanti nominis atque famae speciem reliquam fecerat ... ad Achillem venit cum Andromacha	
34.		
1) quae ira fieri amat	I 3 sicut in tali re fieri amat	
2) ita populus ludibrio habitus ex contione discedit	I 8 ita infectis rebus populus contemptui habitus non sine pernicie sua domum discedit	C II 51, 10 inter haec plebs Dei et optimus unusquisque probro atque ludibrio habebatur
35.		
5) per homines talis negoti artifices	V 11 per Epium, fabricatorem ejus operis	

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
37.		
4) saevitia temporis neque capi neque obsideri poterat	VI 8 saevitia hiemis	C I 22, 4 oppidum . . . neque expugnationi neque obsidioni facile
38.		
5) perculsi tumultu insolito	II 42 territi atque inproviso tumultu exsangues	
9) memorem humanarum rerum	I 23 humanarum rerum necessitatem animo reputans	
39.		
1) set ubi ea Romae conperta sunt, metus atque maeror civitatem invasere	II 8 ubi de conjuratione . . . apud Trojam conpertum est, metus atque maeror universos invasere	C I 20, 6 quod ubi populo compertum, magna mentes omnium formido incesserat eoque mali ventum, ut
5) persequi . . . animo ardebat		M 25, 1 ardebat animus . . . scribere
quamquam persequi . . . animo ardebat, cognitis militibus . . . ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum		C II 49, 5 ita tum Ithacius statuit, licet rebus dubiis, novi inperatoris adventum expectare: interim sibi nihil agitandum
40.		
5) ut saepe . . ., sic . . . plebem ex secundis rebus insolentia ceperat		C I 24, 2 ut semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinaeque immemor
41.		
2 et 3) metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Set ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea quae res secundae amant, lascivia atque superbia invasere. Ita quod in advorsis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit		C I 32, 3 sed hostili metu remoto secundis tranquillisque rebus, corruptis consiliis, more vulgi, cui praesentia fastidio, insueta desiderio sunt . . . desiderabat
7) paucorum arbitrio belli domique agitabatur	V 6 quippe qui contempti disjectique ab regulis arbitrio alieno agerent	D I 10, 1 nihil suo arbitrio agere
9) sine modo modestiaque	II 38 sine modo atque ordine	
polluere et vastare omnia		C II 46, 1 pollutae ecclesiae et perturbata omnia
42.		
4) igitur ea victoria		C I 23, 5 in ea pugna

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
nobilitas ex lubidine sua usa multos . . . extinxit in relicum	V 2 in futurum	victores Syri cruente admodum victoria usi
set de . . . si singulatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deserat		D I 19, 6 sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula, quae mihi de . . . sunt conperta, consummem
43.		
3) arma tela, equos et cetera instrumenta militiae parare	I 16 instrumenta militiae . . . arma, tela, equi, naves atque haec omnia toto biennio praeparantur	
4) civitas summo studio adnitebatur	I 5 cum . . . summis studiis adniterentur	
5) omnibus rebus paratis conpositisque in Numidiam proficiscitur	II 12 ordinatis dispositisque omnibus . . . dómum discedit	
adversum divitias invictum animum gerebat		D I 25, 4 adversus vanitatem adque jactantiam invictum spiritum gessit
45.		
2) ut cum signis frequentes incederent	II 41 jubent omnes frequentes apud arma agere	
46.		
1) Interea Jugurtha, ubi . . . accepit, diffidere rebus suis, ac tum demum veram deditionem facere conatus est	II 18 sed ubi . . . cognovit, diffidens rebus suis deditionem occepit	C II 47, 7 quo comperto Gnostici diffisi rebus suis, non ausi judicio certare, sponte cessere
5) obvii procedunt, parati frumentum dare, conmeatum portare, postremo omnia quae inperarentur facere	II 13 supplices et cum pace ad Graecos conveniunt, amicitiam et omnia, quae inperavissent, facturos polliciti	C I 39, 5 amicitiam ab eo foedusque petiere, parati imperata facere
47.		
1) erat haut procul ab eo itinere . . . oppidum Numidarum, nomine Vaca . . . ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales	II 8 qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultro citroque vagabantur	C I 22, 4 erat in his locis oppidum nomine Jericho
48.		
3) mons . . . vastus ab natura et humano cultu		D I 35, 8 cum vacua humano cultu omnia cerneremus
49.		
2) dein singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtestatur	II 39 propere duces circumcursans magna voce monet atque hortatur	
4) ad hoc viritim commonefacere benefici sui		C I 35, 8 allocutus est, sua in illum commemorans beneficia

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
5) cum interim . . . conspicatur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet — nam . . . conseserant, neque plane occulti . . ., et tamen incerti quidnam esset — dein . . . paulisper agmen constituit		M 12, 1 conspicatusque eminus venientium turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit: nam . . . intervallum erat, ut difficile fuerit dinoscere quid videret
6) pauca pro tempore milites hortatus	II 3 pro tempore cohortati suos	
50.		
1) ex anni tempore	II 41 quae tempus anni patiebatur	
51.		
1) facies totius negoti varia incerta foeda neque signa neque ordines observare	IV 5 horrendam belli faciem	C I 33, 7 non imperia exequi, non ordines observare
2) itaque multum diei processerat, cum	II 4 jamque diei plerumque processerat, cum	
3) paulatim milites in unum conducit, ordines restituit cet	III 8 supervenit ac mox conversam suorum aciem pro tempore restituit	
5) circumire hortari, renovare proelium et ipse cum delectis temptare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare	III 8 ita praesentia ejus animi tolluntur et proelium incenditur. tum vero confligunt acies, nunc hinc inde cedentibus instantes et, ubi acies nutaverat, praesidiis accurrentibus	
52.		
3) et jam die vesper erat	III 8 et diei vesper erat	
4) fusi fugatique	III 13 fundunt fugantque	C II 21, 2 fusus ac fugatus
5) aciem exornat	VI 8 classem exornat	
53.		
3) fugam faciunt	IV 3 fugam faciunt	
6) instructi paratique obviam procedunt	III 4 instructae acies advorsum processere	
8) sua quisque fortia facta ad coelum fert	II 44 singuli extollentes virtutem memorare fortia facta	
54.		
1) more militiae hortatur . . . parem animum gerant	II 36 more militiae I 9 bonum animum uti gereret hortatur cfr. V 7, 9	
5) statuit non proeliis neque acie, set alio more bellum gerundum		C I 22, 4 non armis aut viribus urbem aggressus, ferri arcam Dei circa muros jubet

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
6) frumentum et alia ... adfatim praebita	II 18 aurum etiam aliaque ... affatim praebebantur	
8) quippe cujus spes omnis in fuga sita erat	IV 5 neque spes reliqua nisi in fuga est	
10) nemo omnium intactus profugit	II 43 prorsus nullo intacto	
55.		
2) de Metello fama praeclara esse	VI 6 de Penelopa ejusque pudicitia praeclara fama	
57.		
1) ad Lamam pervenit	I 5 veniunt ad Trojam	
3) clamor ingens oritur	II 37 clamor ingens oritur	
6) set ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat: nam plerosque jacula ... volnerabant, parique periculo set fama inpari boni atque ignavi erant		D I 24. 4 puta enim istum fuisse militem, qui pugnaverit in iniquo loco et tamen victor evaserit, illos autem aeque conpone militibus, set qui ex aequo loco aut etiam de superiore certaverint. quid ergo? etsi omnium una victoria est, non potest omnium esse par gloria
58.		
2) sibi quisque pro moribus consulunt	II 37 seorsum sibi singulis consulentibus	
3) magna pars volnerati	II 4 set et vulnerati pars maxima	
grege facto locum cepere		E 3, 8 grege facto ... montes silvasque petiere
6) at Jugurtha munimento castrorum inpeditus, cum alii super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes obficerent... sese recepit	II 43 ruere ad portas eoque arto et properantium multitudine impedito ingressu, cum super alium alius ruinae modo praecipitaretur, supervenit ... Ajax	
59.		
2) qui in proxumo locati fuerant		M 22, 5 in proximo est
3) neque diutius Numidae resistere quivissent, ni	II 12 neque amplius resisti jam apud eos poterat, quin	
60.		
7) denique utrimque proelium nox diremit	II 23 dein nox ... proelium diremit	
62.		
1) ubi primum oportunum fuit	I 11 cum primum opportunum visum est	
Jugurtham ... adcedit, monet atque lacrumans		C II 44, 1 hos precibus aggreditur ac lacrimans

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
obtestatur, uti aliquando sibi . . . provideat, omnibus proeliis sese victos, agrum vastatum cet		obtestatur, mitiora uti consulerent, clausos . . . jam septimum mensem agere, . . . nullam spem . . dari cet
4) eorum et aliorum consilium habet	II 20 quorum consilium haberi solitum erat	
5) ex consili decreto per legatos inperat	I 4 ex consilii sententia legantur cfr. I 4, 14. II 6, IV 18, 22	
63.		
1) per idem tempus	I 3, 18. II 10, 11, 15, 18, 28, 35 cet	C I 6, 1. I 7, 1. I 11, 9, I 17, 3, I 37, 3 cet
3) ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit	IV 9 qui in primis pueritiae annis cum verecundia ac probitate, tum . . . adolescebat	
6) tamen is ad id locorum talis vir nam postea ambitione praeceps datus est		C II 37, 2 ceterum antea innocens, postea depravatus
64.		
5) neque facto ullo neque dicto abstinere	V 15 lacerare utrumque regem neque abstinere maledictis	
67.		
3) quia illi . . . turpis vita integra fama potior fuit, inprobus intestabilisque videtur	IV 15 turpem namque ac detestandam viris fortibus conditionem senectae, contra imbellibus optabilem	
68.		
1) e conspectu abit	V 3 se abire e conspectu cfr. V 16, VI 10	
ultum ire injurias festinat	II 37 ultum ire cupiens injurias cfr. VI, 1	C II 4, 2 ultum ire facinus cupientes cfr. I 44, 5
3) milites jam omnia abnuentes	III 13 (cod. P.) abnuentibus jam barbaris	C II 33, 2 milites . . . abnuentes . . . reiciebat
69.		
1) uti erat res, Metellum esse rati	II 11 ratus ut negotium erat	C I 3, 3 ratus id quod erat
cum magno gaudio obvii procedunt		C I 31, 5 certatim . . . cum gaudio obviam ruere
2) volgus effusum oppido	II 32 effusi portis	
3) civitas cuncta poenae aut praedae fuit		C I 5, 4 Sodoma direpta praedae hostibus fuit
4) jussus a Metello caussam dicere, postquam sese parum expurgat . . . capite poenas solvit		C II 49, 8 jussus caussam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus . . . pronuntiatus est
70.		
2) ex quo illi gloria opesque inventae		C II 13, 12 ex eo carior summisque . . . donatus

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
3) uti res posceret	IV 13 uti res exposcebat	
5) simul cupidus . . . et . . . anxius	II 31 conmotus . . . simul . . . anxius	
71.		
1 et 2) forte Nabdalsa exercito corpore fessus in lecto quiescebat, ubi . . . primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit		E 2, 2 cum fatigata animi angore in lectulo membra posuissem, ut plerumque ex maestitudine solet, somnus obrepsit
2—4) erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque et omnium consiliorum nisi novissumi particeps. Qui . . . epistulam perlegit, dein propere cognitis insidiis ad regem pergit		C II 13, 1 qua tempestate Mardochaeus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorum familiarium curator, is compositas a duobus spadonibus regi insidias prodiderat cet
5) postquam id frustra fuit	IV 4 quae res haud frustra fuit	C II 49, 3 sed id frustra fuit
72.		
1) aliter atque animo gerebat	III 14 decretum quippe animo gerebat	
placide respondit	II 26 placida oratione ait	C I 32, 5 placida salubri oratione
somno excitus P C		E 2, 5 somnoque excitus
73.		
1) cuncta parat festinatque	III 1 cuncta . . . festinabant	
6) post multas tempestates	V 9 multis tempestatibus	
74.		
2) parati instructique	III 17 instructi . . . paratique. I 8, II 32, IV 5, IV 6	
3) Numidis . . . magis pedes quam arma tuta sunt		C I 33, 7 tum vero . . . omne praesidium in pedibus habere
75.		D I 18, 4 superata natura est
2) natura metiam vincere adgreditur	IV 3 naturae . . conditionem superare	
7) caelo missa vis aquae dicitur	I 21 grandinis vis magna praecipitata	
ut . . . satis superque foret		C II 50, 5 satis superque sufficere
10) nihilo segnius parare: idem nostri facere	III 4 exercitum ordinant: neque ea a Trojanis segnius agebantur	
76.		
6) aurum atque argentum et alia, quae prima ducuntur		D I 5, 5 aurum adque argentum, quae prima mortales putant

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
ibi vino et epulis onerati . . . semet igni conrumpunt cfr. Cat. 36, 4	VI 6 ubi multo vino atque epulis repletos . . . interficiunt cfr. V 12	
78.		
2) uti fors tulit	VI 1 uti fors tulerat	
3) ubi mare magnum esse et saevire ventis coepit	II 7 ubi . . . ventis adversantibus mare in dies magis magisque saevire occoepit	
ita facies locorum cum ventis simul mutatur		D I 3, 4 quippe instabili loco arentibus harenis ad omnem motum ventorum cedentibus
79.		
1) set quoniam in . . . venimus, non indignum videtur . . . memorare		C I 1, 3 visum autem mihi est non absurdum, cum usque . . . cucurrissem, etiam . . . conectere. D II 6, 1 et quia . . . semel ingressi sumus, licet . . . conectam. cfr. M 22. 6
6) ceterum solet in illis locis tempestas haut secus atque in mari retinere		D I 3, 4 ventorum ea vis est, ut magis in illis terris quam in ullo mari naufragium sit
8) optionem Carthaginiensium faciunt	I 10 optionem Helenae offert	C I 54. 6 delata sibi optione cfr. C II 10, 1
80.		
2) consuefacit ordines habere . . . inperium observare	II 46 conferti inter se atque imperia servantes	
4) foedus et amicitiam petitum		C I 39, 5 amicitiam ab eo foedusque petiere
82.		
2) supra bonum aut honestum perculsus	IV 13 ultra virilem modum . . . consternatus	M 2, 7 ultra humanum modum
3) quod jam parta victoria ex manibus eriperetur	II 43 saevior ob ereptam e manibus gloriam	C I 51, 1 fremens et clamitans victori sibi victoriam eripi
83.		
1) bellum . . . deponi	IV 22 cum mandatis belli deponendi	
84.		
1) tum vero multus atque ferox instare		C II 47, 5 tum vero Y. atque J. acrius instare
85.		
26) cum omnibus locis meque vosque maledictis lacerent	II 29 in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat	
33) praesidium agitare		C II 22, 3 praesidium armati agitarent
doctus sum . . . humi requiescere		E 1, 10 nuda humo cubare consueverat

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
41) dediti ventri et turpissimae parti corporis		C II 50, 2 ventri et gulae plurimum impertiens
45) luxuria et ignavia ... reipublicae innoxiae cladi sunt	II 13 ne delicta pessumi ducis civitatem innoxiam ... luere paterentur	
47) consultor idem et socius ... adero		D I 23, 2 socius et consolator fuit
88.		
3) regem ... armis exuerat		C I 5, 5 reges ... exutos praeda armisque
89.		
1) consul, uti statuerat, oppida ... adire	II 13 decernitur, uti .. civitates ... adeant	
90.		
1) frumenti inopia temptabatur		C I 17, 1 cum aquae penuria temptaretur
91.		
3) postquam tempus visum	I 13 ubi tempus visum est	
7) genus hominum mobile infidum, neque beneficio neque metu coërcitum		C I 24, 7 populum tot beneficiis Dei obligatum, tot cladibus cum peccaret coërcitum, expertumque et misericordiam et severitatem Dei nequaquam emendatum
92.		C II 7, 4 Daniel clarus ante clarior haberi
1) magnus et clarus antea, major atque clarior haberi coepit		
5) in inmensum editus	V 11 cui edito in immensum	
93.		
2) quae cum ... aestuans agitaret		C II 21, 5 quibus rebus aestuans
propę ad summum montis egressus est	V 5 prope summum fastigii pervenerat	
3) more ingeni humani	II 15 more ingenii humani	C I 4, 5 et I 16, 7 more humani ingenii
5) eadem regreditur ... temptans omnia et circumspiciens	II 45 presso gradu circumspicientesque omnia pergunt	
6) pollicetur sese itineris periculique ducem	II 42 quis Hector dux atque audendi auctor factus	
94.		
1) uti prospectus ... facilius foret	V 11 quo adtractu motus facilius foret	
2) saepius eadem adscendens descendensque, dein statim digrediens, ceteris audaciam addere		D I 15, 4 nam subinde restitans, subinde respectans facile poterat intellegi id eam velle, ut quo illa ducebat, anachoreta sequeretur

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
3) diu multumque fatigati	VI 8 multum mare fatigatus	
4) non castelli moenibus sese tutabantur, set pro muro . . . agitare	IV 20 adeo deterruit, ut vix se moenibus defensarent	C I 50, 4 non ausus manum conserere, muris se tuebatur
6) eo acrius instare, fundere ac plerosque tantum modo sauciare, dein super occisorum corpora vadere	III 6 dein . . . rursus vehementius saevire extractoque . . . jaculo fundere obvios ac prostratos cum alios invaderet, alios desuper proculcans optereret	
95.		
3) nobilis fuit familia . . . litteris Graecis atque Latinis juxta ac doctissume eruditus		C II 46, 3 Priscillianus . . . familia nobilis . . . facundus, multa lectione eruditus
4) illi . . . numquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an felicior esset	III 16 fortior quam felicior (add. Dederich.) cui inclito per gentes numquam tamen vires consilio superfuerant	
nam postea quae fecerit, incertum habeo, pudeat an pigeat magis disserere		C II 28, 3 reliqua vero ejus incertum pigeat an pudeat magis disserere
96.		
3) neque consilio neque manu priorem alium pati, plerosque ipse antevenire	II 35 praeter ceteros . . . consilio atque armis pollebat	
97.		
3) rati noctem . . . sibi munimento fore	IV 5 nox perfugium laborantium	C I 23, 3 cum . . . noxque victis praesidio futura videretur
4) more proeli non acie neque ullo more proeli, set catervatim, ut quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt	V 13 more belli II 46 raptim ac sine ullis ordinibus, ut quemque fors conglobaverat, ad naves evolant	
5) orbis facere atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant	IV 5 confirmati inter se satis impigre vim hostium sustentavere	
98.		
4) pleno gradu . . . subducit	II 40 pleno gradu . . . cedens	
6) dein crebris ignibus factis plerumque noctis . . . laetari	III 12 igni plurimo in armis pernoctant	
99.		
1) silentium haberi jubet	V 6 silentio habito	
neque fugere neque capere, neque om-	II 11 cum . . . infensis hostibus et omni modo	

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
nino facere aut providere quicquam poterant, ita cunctos . . nostris instantibus, tumultu formidine quasi vecordia ceperat	instantibus neque degredi sine pernicie neque arma capere turbatis omnibus et ob id cuncta impedientibus possent	
100.		
1) neque tamen victoria socors aut insolens factus		C II 15, 8 ferox multis victoriis, nihil sibi invictum ratus
3) laudare et increpare merentis	VI 6 meritos donis aut suppliciis afficit	
101.		
4) si qui in manus venerant, obtruncare	II 2 uti quisque in manus venerat, interficitur cfr. V 12	
6) satis inpigre	IV 5 satis inpigre	
7) atrocitate rei . . . terrentur	II 41 atrocitate rei motus	
animos tollere	III 5 tollit animos cfr. III 8, V 4, V 10	
8) profligatis quos adversum ierat	II 3 fugatis quos adversum ierat cfr. IV 3	
10) adcurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat	III 4 ubi . . . medios suorum fundi accipit, . . . accurrit auxilio laborantibus	
11) tum vero spectaculum in campis patentibus: sequi fugere, occidi capi: equi atque viri adflicti, ac multi volneribus acceptis neque fugere posse neque quietem pati, niti modo ac statim concidere .	IV 7 tum vero cerneres hinc . . . per omnem campum sine ordine atque inperio fugientes multitudine ac festinatione inter se implicari cadere ac mox palantibus equis proculcari, hinc Graecos cet	C II 19, 8 tum vero foedum spectaculum
postremo omnia qua visus erat, constrata telis armis cadaveribus et inter ea humus infecta sanguine	redundant . . . campi sanguine, et omnia, qua hostis intraverat, armis atque cadaveribus completa sunt	
102.		
13) jure belli		C I 58, 3 jure belli
103.		
2) quorum et fides cognita et ingenia validissuma erant		M 5, 1 cujus . . . spectata et cognita fides habebatur
105.		
3) temere et effuse euntes	I 19 ne . . . effusius ac sine modo militiae vagaretur	
106.		
2) incerto voltu pavens		D III 15, 4 trementibus labiis incertoque vultu decolor

Sall. Jug.	Dict. Cr.	S. Sev.
110.		
3) id inminutum	V 2 quid horum non imminutum	
111.		
4) ita conposito dolo digrediuntur	V 4 ita composita re disceditur	
112.		
1) posse conditionibus bellum poni	III 1 dilato conditionibus . . . bello	
113.		
3) corpore pariter atque animo varius, quae scilicet tacente ipso occulta pectoris patefecisse.	I 6 videbat enim, ut . . . taciti, vultu tamen admissum facinus condemnarent	
114.		
4) et ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae.	II 44 neque cuiquam dubium, quin ea tempestate . . . spes omnes atque opes militiae in tali viro sisterentur	C I 11, 8 ea tempestate spes atque salus Aegypti in illo sita erat
Sall. Hist. I.		
1.		
res populi Romani M. Lepido Q. Catulo consulibus ac deinde militiae et domi gestas conposui		C I 1, 1 res a mundi exordio . . . usque ad nostram memoriam carptim dicere aggressus sum
7.		
vitio ingeni humani . . ., quod inquies atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis agit	II 15 more ingeni humani, quod imbellum adversum dolores et invidiae plenum anteiri se ameliore haud facile patitur	
9.		
at discordia et avaritia atque ambitio et cetera secundis rebus oriri sueta mala . . . maxume aucta sunt		C II 17, 5 longa rursum pace corrupti miscere omnia seditionibus et turbare coeperunt, affectantes summum sacerdotium, bibidine, avaritia et dominandi cupidine
cum militiam toleraret	III 23 tolerare militiam	
10.		
postquam . . . simultates exercere vacuom fuit	II 7 interim . . . exercere discordias vacuum fuit	
13.		
omnium partium decus		C I 23, 6 omne vitea

Sall. Hist. I.	Dict. Cr.	S. Sev.
in mercedem conruptum erat		decus mercede corruptum habent
22.		
cum arae et alia deis sacrata subplicum sanguine foedarentur	V 2 postquam deorum arae atque delubra sanguine humano per scelus infecta sunt	
30.		
M. Marius, cui fracta prius crura brachia et oculi effossi, scilicet ut per singulos artus expiraret	V 12 Deiphobum exsectis primo auribus brachiisque ablatis deinde naribus ad postremum truncatum omni ex parte foedatumque summo cruciatu necat	
41.		
15) solvere injuriam	V 16 quo servitium morte solveret	
27) M. Aemilium ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem	II 3 uti ... ab cunctis pergeretur duce atque auctore Achille	C I 14, 2 iret . . . ad regem . . . ducemque se populi in libertatem restituendi praestaret
48.		
3) mussantes et retractantes verbis		C I 43, 7 trepidantes mussare cfr. D III 11. 3
11) agitur enim ac laceratur animi cupidine . . . inquies, haec atque illa temptans . . . atque interimcet.	III 3 animi jactatione saucius huc atque illuc oberrans interdum tamen . . consultare	
54.		
segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat		C I 40, 6 segnior quidem, sed non minus gravis cura principem exercebat
55.		
illo dehonestamento corporis . . . laetabatur	III 10 inludere . . . per omnia genera dehonestamenti	
57.		
cujus advorsa voluntate	II 33 adversa cunctorum voluntate	
67.		
cum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia . . . contenderent	II 2 inruisse multa milia hostium . . . et multa praeterea singuli pro metu suo adicientes nuntiant	
88.		
quasi formidine adtonitus	I 22 attonitis his atque obstupefactis	
106.		
egregius militiae	IV 13 viro egregio bellandi	

Sall. Hist. I.—IV.	Dict. Cr.	S. Sev.
112. quietam a bellis civitatem		C I 32, 1 quietis a bello rebus
Lib. II.		
23. 1) Metellus . . . concurrentibus undique virile et muliebre secus . . . omnibus visebatur	VI 4 multi undique virili ac muliebri sexu confluunt ad invenientes dinoscere	
41. 2) at contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere	III 21 neque enim mihi quicquam jam superioris fortunae reliquum est, quippe . . . cuncta regni concidere	
10) adsum en Cajus Cotta consul: . . . voveo dedoque me pro re publica	III 21 adsum ultro, nihil deprecor	
49. regi per obsequelam orationis . . . suaves carique	II 34 obsequiis amicitiae carum	C II 11, 1 Artaxerxi merito obsequiorum carissimus
Lib. III.		
13. ingens ipse virium atque animi	I 13 ingenti nomine virtutis atque corporis	
25. ne simplici quidem morte moriebantur		C I 54, 4 ut ne simplici quidem morte expiraret
81. dubius consili		C II 45, 5 dubius animi
Lib. IV.		
4. cum se ibi cibo vinoque laeti invitarent	II 52 inter epulas, cum laeti inter se invitarent	
6. lenita jam ira	I 19 nec leniri sc. iram Dianae	
12. in medium consultare	V 2 in medium consulamus cfr. II 48, V 16	
13. sapor juxta fontis dulcissimos		C I 16, 8 sapor melli proximus

Sall. Hist. IV., fr. inc.	Dict. Cr.	S. Sev.
22. Charybdis mare vorticosum, quod forte inlata naufragia sorbens gurgitibus occultis . . . ad littora trahit, ubi se laniata navigia fundo emergunt	VI 5 inter Scyllam et Charybdim mare saevissimum et inlata sorbere solitum plurimas navium . . . amiserit	
65. infrequentem stationem nostram incuriosamque tum ab armis.	II 42 Graji infrequentes tum incuriosique ab armis	
Incertorum librorum fragmenta.		
7. ardebat omnis Hispania	I 16 ardebat omnis Graecia	
20. triennio frustra tritro	II 35 tempore multo frustra trito	
45. mare classibus patefactum est	II 10 mare navigio patens	
94. more humanae cupidinis ignara visundi	II 37 avidus ignara cognoscendi	
97. ut tanta mutatio non sine deo videretur.	III 3 neque tam subita mutatio sine dolo credebatur	C I 30, 5 non sine Deo mutatis animis
101. rebus supra vota fluentibus		C II 45, 1 rebus nimium prospere et secundum vota fluentibus
104. nubes foedavere lumen	I 21 dies foedari et caelum nubilo tegi coepit.	

Sall. Catilina.		
1. 5) inter mortalis certamen fuit		C I 5, 4 cum . . . nullum inter mortales certamen fuisset

Sall. Catilina.	Dict. Cr.	S. Sev.
2.		
2) divorsi pars . . ., alii . . . exercebant	IV 5 diversi suo quisque genere exercebantur	
3) neque mutari ac misceri omnia cerneres		C II 51, 9 cum . . . omnia turbari ac misceri cernerentur
9) qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit		C I 4, 5 his . . . consilium fuit, insigni aliquo opere famam quaerere
3.		
2) ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit		D I 26, 6 quae ipsi facere non possunt, facta ab illo erubescunt, et malunt illius negare virtutes quam suam inertiam confiteri
4.		
2) statui res gestas populi Romani carptim . . . describere		C I 1, 1 res a mundi exordio . . . carptim dicere aggressus sum
3) de Catilinae conjuratione quam verissume potero paucis absolvam	I 13 reliqua . . . quam verissime potero exponam	C II 14, 8 per Judith gesta ut potero paucis absolvam
5) priusquam initium narrandi faciam		C I 1, 6 nunc initium narrandi faciam
5.		
1) magna vi et animi et corporis	II 48 quod cum virtute corporis, tum ingenio universos anteiret	C II 46, 4 multa in eo animi et corporis bona cerneres
ingenio malo pravoque		C II 45, 6 pessimus et ingenio malo pravoque
2) huic bella . . . discordia civilis grata fuere ibique juventutem suam exercuit		C I 26, 2 discordiis civilibus exercitus
3) corpus patiens inediae, algoris, vigiliae		C II 46, 4 vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat
supra quam		C II 46, 8 ultra quam
4) alieni adpetens, sui profusus	IV 22 parcum in suo atque appetentem alieni	
9) res ipsa hortari videtur . . . repetere	II 35 res postulare videtur . . . edicere	C II 2, 4 res postulat, uti . . . exponamus C II 28, 2
6.		
2) incredibile memoratu est quam facile coaluerint	V 17 brevique coalita ingens multitudo	C I 13, 1 incredibile memoratu est quam cito numero aucti sint
4) finitumi bello temptare		C I 5, 4 bello vicina temptabant
5) intenti festinare	III 1 intenti animo summis studiis festinabant	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
6) quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat		E 3, 13 est tamen animus victor annorum et cedere nescius senectuti
7) ubi regium imperium . . . in superbiam dominationemque se convertit		C I 32, 5 dominationem regiam et superba imperia exponere
per licentiam		C II 6, 3 per luxum ac licentiam
7.		
6) gloriae maxumum certamen inter ipsos erat, se quisque . . . properabat	I 16 cum juventus . . . aequalium ad gloriam aemulatione munia militiae festinarent	
7) memorare possem . . ., ni ea res longius nos ab incepto traheret		C II 28, 2 . . . ut plenius exponerem res admonebat, nisi non esset hujus operis tam vasta ingredi
9.		
5) accepta injuria ignoscere quam persequi malebant		D III 15, 7 ne suam persequi videretur injuriam
10.		
3) ea quasi materies omnium malorum fuere	II 7 auctor et veluti causa luctus ejus credebatur	
6) contagio quasi pestilentia invasit	II 22 quanta clades et veluti contagio . . . orbem terrarum occupatura sit	
11.		
5) luxuriose nimisque liberaliter habuerat	I 2 largiter magnificeque eos habuere	C II 25, 1 Jonatham benigne habuit
6) sacra profanaque omnia polluere	IV 22 neque sacro neque profano abstinuisse	
12.		
2) igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere		C II 40, 4 quique semper ordo rerum est, ab opibus in luxum et vitia delapsus
nihil pensi neque moderati habere	I 7 nihil pensi aut consulti patientes	C II 50, 2 nihil pensi nihil sancti habuisse definio
3) operae pretium est, visere		D II 10, 1 operae pretium autem est . . . memorare cfr. M 1, 6
13.		
1) quae nisi eis qui videre nemini credibilia sunt		C II 5, 3 mirum dictu et incredibile non visentibus
14.		
2) bona patria laceraverat	II 6 auri tantum atque argenti . . . priusquam . . . dilaceraretur	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
15.		
2) pro certo creditur	III 16 pro confirmato habere	
necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse		C I 38, 1 hunc . . . interficiendum curavit. ita mulierem matrimonio vacuam . . . numero uxorum aggregavit
4) deis hominibusque infestus		C II 13, 3 Deo hominibusque invisum
neque vigiliis neque quietibus sedari poterat		D III 16, 1 nec tempore nec ratione sedatur
16.		
4) eis amicis sociisque confisus . . . consilium cepit		C I 40, 1 quis opibus confisus . . . aggressus est
tutae tranquillaeque res omnes		C I 32, 3 secundis tranquillisque rebus
17.		
5) consili hujusce participes	I 20 nullo consilii participe	
6) inceptis favebat	epist. tu, fave coeptis	
7) fuere item ea tempestate qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum ejus consili fuisse	II 15 sed fuere qui ejus consilii haud expertem Agamemnonem dicerent	
18.		
7) non consulibus modo, set plerisque senatoribus pernitiem machinabantur	III 21 ultro sibi mihique perniciem machinati sun	
8) qud ni . . . maturasset, eo die pessumum facinus patratum foret	IV 5 eo die incensae deletaeque naves omnes forent, ni . . . cohibuisset cfr. IV 20	C I 21, 2 momentoque omnes interissent, nisi . . . avertisset
19.		
1) adnitente Crasso	V 9 adnitente atque administro Antenore	
4) inperia ejus injusta superba crudelia barbaros nequivisse pati		D I 18, 2 dura inperia, quae nullius facile valeret inplere patientia
6) nos eam rem in medio relinquemus		C I 28, 7 nos eam rem ut parum compertam in medio relinquemus
20.		
6) in dies magis magisque (cod. V.)	I 19, II 7, III 3, III 8	
7) in paucorum potentium jus atque dicionem concessit		C II 8, 2 in potestatem ditionemque ejus concessere
11) etenim quis mortalium, cui virile ingenium est cet	II 22 quis enim posthac, cui virile negotium est cet	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
21.		
1) quae conditio belli foret	I 15 consilio super conditione proelii	C I 44, 8 belli conditiones
4) maledictis increpabat		M 22, 2 convicia, quibus . . . increpabat
22.		
3) qui Ciceronis invidiam leniri credebant	V 16 uti odium sui apud exercitum leniretur	
23.		
6) invidia aestuabat	III 3 aestuare desiderio	C II 45, 5 magna curarum mole aestuans cfr. II 21, 5. M 25, 1
24.		
2) princeps fuit belli faciundi	II 3 ipsi duces principes certaminis	
3) plurumos cujusque generis homines adscivisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis toleraverant, post . . . aes alienum grande conflaverant		C II 46, 5 multos nobilium pluresque populares . . . allicuit in societatem. ad hoc mulieres novarum rerum cupidae, fluxa fide et ad omnia curioso ingenio, catervatim ad eum confluebant
26.		
5) constituit bellum facere et extrema omnia experiri	II 31 cuncta extrema ratus experiri . . . destinaverat	
29.		
1) ancipiti malo	II 12 ancipiti malo	E 1, 12 ancipiti periculo
quod plerumque in atroci negotio solet	II 23 ut in tali negotio fieri solet	E 2, 2 ut plerumque ex maestitudine solet
30.		
5) pro tempore . . . exercitum compararent		C I 22, 3 neque navium copia pro tempore erat
31.		
1) quibus rebus permota civitas atque inmutata urbis facies erat	III 16 foedatur regni habitus atque in modum lugubrem funestumque obducta facies civitatis	
ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat	V 22 fessis multo vino atque somno barbaris, quae utraque per laetitiam securitatemque pacis intervenerant	C I 24, 4 corrupti longae pacis malo cfr. II 17, 5
2) suo quisque metu pericula metiri	II 2 singuli pro metu suo	
7) demisso voltu voce subplici postulare . . . coepit, ne quid de se temere crederent	III 20 manibus vultuque supplicibus	C I 20, 7 flentes populum obtestantur, ne exploratoribus crederent formidulosa referentibus
8) obstrepere omnes, hostem atque paricidam vocare — deinde se ex curia domum proripuit	II 24 omnes qui aderant inquietum ac seditiosum Antimachum pronuntiantes e curia ejecere	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
33.		
1) legatos ad Marcium Regem mittit cum mandatis hujusce modi	IV 10 Jdaeum at Achillem super Polyxena cum mandatis mittit	
34.		
2) se falsis criminibus circumventum . . . fortunae cedere, Massiliam in exilium proficisci		M 6, 4 multisque affectum injuriis de civitate exturbavit. cedendum itaque tempori arbitratus ad . . . secessit
35.		
2) injuriis contumeliisque concitatus	II 21 injuriis contumeliisque laesa	
36.		
4) quae prima mortales putant		D I 5, 5 quae prima mortales putant esse
37.		
3) nam semper in civitate quibus opes nullae sunt . . . vetera odere, nova exoptant		C I 32, 3 more vulgi, cui praesentia fastidio, insueta desiderio sunt
38.		
1) homines adulescentes, quibus aetas animusque ferox erat		C II 41, 7 homines adulescentes, parum docti et parum cauti
ita ipsi clari potentesque	II 19 igitur . . . ipsi clari atque magnifici	
exagitare, deinde . . . magis incendere		C II 46, 9 lacessens, facem . . . incendio subdidit
40.		
1) si possit, inpellat ad societatem belli	I 18 neque . . . inlici quivit, uti societatem militiae nostrae sequeretur	C I 44, 3 regibus in societatem belli ascitis
2) quem exitum tantis malis sperarent	V 1 quis modus tantis malis fieret	
3) miseriis suis remedium mortem expectare		C I 4, 3 quo absumpto . . . mortem expectaret
6) deinde eos pollicitos operam suam domum dimittit	II 48 igitur his operam suam pollicentibus iturum se una . . . ait	
43.		
1) bellique invidiam consuli inponeret		C II 29, 1 invidiam incendii in . . . retorquebat. II 39, 5 ut omnis invidia in rege esset
44.		
3) data atque accepta fide	II 16 dant fidem pacis atque ab eo accipiunt	
5) consideres quid tuae rationes postulent. auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis		C I 1, 4 non pigebit fateri, me, sicubi ratio exegit, . . . usum esse historicis munditialibus
45.		
4) multa . . . obtestatus		C I 9, 4 multum obtestatus

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
47.		
1) omnia uti gesta erant aperit	III 3 negotium ut gestum erat aperit	
4) ex fuga retractus erat	III 8 plerisque ex fuga reductis	
48.		
1) plebs . . . cupida rerum novarum		C II 46, 6 mulieres novarum rerum cupidae
Ciceronem ad caelum tollere	II 48 praedicantes ad caelum tollere	
gaudium laetitiamque agitabat	II 52 gaudio laetitiaque cuncta completa sunt	M 13, 16 cum ingenti gaudio laetitiaque
2) alia belli facinora praedae magis quam detrimento fore		C II 20, 8 hostes praedae potius quam exitio fore
4) Cethejus aliique ex conjuratione	I 3 Aenea aliisque ex consanguinitate	
ceterorum animos reficeret	IV 16 ad reficiendos militum ejus animos	
5) hominem nobilem, maxumis divitiis		C II 46, 3 familia nobilis, praedives opibus
in tali tempore	II 12, II 48 tali tempore	
6) eumque retinendum in vinculis		D I 20, 8 est retentus in vinculis
7) quo facilius reliquos illius potentia tegeret		D III 12, 1 si Theogniti pertinaciam Martini armaret auctoritas
8) alii Tarquinium a C. inmissum ajebant	VI 15 existimans juvenem a T. inmissum	
49.		
1) set eisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque precio neque gratia Ciceronem inpellere quivere, uti	I 18 per idem tempus Lycius Sarpedon neque pretio neque gratia Phalidis, Sidoniorum regis, inlici quivit, uti	
50.		
1) ut res atque tempus monebat	V 4 quae tempus monebat	
51.		
9) divelli liberos a parentum conplexu	I 10 complexu ejus nulla ratione divelli	D II 6, 4 divelli a pedibus M. non poterat
cruore atque luctu omnia conpleri	III 9 luctu atque gemitu omnia completa sunt	
12) in obscuro	V 7 in obscuro credere	
16) scio quae dixerit studio reipublicae dixisse . . ., sed aliena a republica nostra videtur sc. sententia		C II 30, 2 licet malo exemplo, bono tamen affectu reipublicae ab improbis vindicandae
eos mores eamque modestiam viri cognovi	II 21 imitati morem modestiamque solitam	C I 24, 2 morum disciplinaeque immemor
19) genus poenae novum decernere	III 15 genus poenae novum miserandumque	C II 29, 2 quin et novae mortes excogitatae

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
25) illis merito accidet quicquid evenerit		C II 22, 6 merito sibi illa accidisse confitebatur
27) omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt. sed ubi ..., novom illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur	II 23 si . . ., fore uti malo exemplo dissemi-nato per mortales ipsos etiam, qui haud longe abessent, similia aut gra-viora hisce sequerentur	
28) Atheniensibus XXX viros inposuere	IV 4 imposito Phala duce atque rectore	
31) ceteros metu terrere	IV 2 hostes metu sui deterruit	C II 47, 7 ceteros metus dispersit
32) malo reipublicae creverant	III 25 malo omnium civitatem intravisse	
34) neque prius finis jugulandi fuit, quam Sulla omnis suos divitiis explevit	IV 7 neque prius finis factus, quam Graecos saties et ad postremum fatigatio incessit	
36) ubi gladium edu-xerit	II 40 educto gladio	C I 7, 2 cum gladium educeret
39) de . . . summum subplicium sumebant		C I 22, 5 captus sum-moque supplicio affectus
52.		
4) hoc nisi provideris ne accidat	V 2 quae ne accidant nunc saltem providete	
12) ne, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant	II 8 paucorum pravitate in communem perniciem praecipitatum iri	C II 4, 3 ne paucorum scelus omnium exitio ultum iret
24) nomini Romano	V 13 Trojani nominis	C II 28, 3 Christianum nomen
28) inertia et mollitia animi alius alium ex-pectantes cunctamini	II 23 magno silentio cunctis alienam senten-tiam expectantibus, cum sequisque minus idoneum auctorem crederet	
30) in hostem pugna-verat	III 5 in hostem pugnare	
53.		
1) postquam Cato ad-sedit, consulares omnes itemque . . . sententiam ejus laudant, virtutem animi ad caelum ferunt, Cato clarus atque magnus habetur	II 48 at ubi finem lo-quendi fecit, cuncti du-ces laudare consilium viri simulque praedi-cantes ad caelum tollere I 16 magnus atque cla-rus habebatur	
3) sciebam saepe nu-mero parva manu cum magnis legionibus ho-stium contendisse		C II 21, 6 saepe antea a paucioribus adversum plures bene pugnatum
6) ingenti virtute	I 3, II 9 ingenti nomine	
54.		
4) bellum novóm ex-optabat, ubi virtus eni-tescere posset		C II 26, 5 causas belli et materiam vincendi quaerebat
5) quo minus petebat	II 21 semper his . . .	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
gloriam, eo magis illa sequebatur	elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius quam culpa sequeretur	
55.		
4) incultu tenebris odore foeda atque terribilis ejus facies est. in eum locum . . . demissus est cet	II 46 foedam faciem	C I 54, 4 in lacum immensi profundi, caenoque atque ex eo exitiabili foetore horridum demissus est . .
quibus praeceptum erat laqueo gulam fregere	V 4 quibus inperatum erat ad naves veniunt	
6) dignum moribus factisque suis exitium vitae invenit	IV 3 ipsa spectaculum dignum moribus suis praebuit	C I 51, 2 dignum se exitum tulit
56.		
3) ut quemque casus armaverat		C I 27, 5 quod casus telum dederat
57.		
3) sub ipsis radicibus montis		D I 13, 1 sub radice montis
5) postquam videt . . . neque fugae neque praesidi ullam spem, optumum factu ratus in tali re fortunam belli temptare statuit		C II 16, 1 quod ubi Judith compertum, artis suorum rebus etiam certo sibi exitio audendum aliquid et temptandum rata . . . ingreditur
58.		
1) conpertum ego habeo	II 21 credo ego vos satis conpertum habere	
21) neu sicuti pecora trucidemini	V 13 vice pecorum interficiuntur	
59.		
1) pro loco atque copiis instruit	I 17 pro facultate opum . . . instructas classes	
3) C. Manlium in dextra, Faesulanum quendam in sinistra parte curare jubet	II 32 dextrum Achilles cum Antilocho, alterum Ajax Telamonius cum Diomede curabant	
5) ipse equo circumiens unum quemque nominans adpellat hortatur	III 5 singulos suorum nomine appellans . . . hortatur cfr. II 37.	
60.		
6) in primis pugnantes cadunt	II 11 inter primos bellando telo ictus ruit	
61.		
1) tum vero cerneres	IV 7 tum vero cerneres	M 14, 2. D III 6, 4 tum vero cerneres
2) quem quisque pug-	II 46 ut quisque locum	

Sall. Cat.	Dict. Cr.	S. Sev.
nando locum ceperat, eum . . . tegebat	ceperat, caedere singulos	
3) Catilina . . . repertus est, paululum etiam spirans ferociamque animi quam habuerat vivos, in voltu retinens	IV 3 Penthesileam vi-sere seminecem etiam nunc admirarique audaciam	
8) multi autem, qui e castris . . . processerant, . . . reperiebant		C I 16, 5 postero autem die animadvertunt qui extra castra processerant.

Haec sufficiant ad genus imitationis Sallusti illustrandum certisque adumbrandum finibus. Atque ubi omnia quae contulimus perscrutati erimus, Septimium plura e Sallustio sumpsisse quam Severum concedendum erit. Ceterum nullum fere Sallusti caput inveniemus, quin ex eo saepius ipsius Sallusti verba, certe tamen constructiones, sententias earumque nexus, formulas locutionesque ab imitatoribus vel altero vel utroque translata esse perspiciamus. Tantum enim abest, ut genus illud imitationis anxium et pusillum esse statuamus, ut quae e fontibus Sallustianis derivata sunt, haec amplificata, illa contracta, nihil non immutatum esse dicamus cfr. Dederichum in intruductione p. XXXVI, Bernays. de chron. S. Sev. p. 30. Quae quamquam in utrumque imitatorem valent, nihilominus tamen inter eos discrimen quoddam intercedere negari non potest. Septimius enim urbanitatem Sallusti minus assecutus permulta quae ille eleganter expresserat, insulse ac veluti crasso quodam stilo in deterius mutavit cfr. Cat. 31, 8 et Dict. Cr. II 24. At contra Severus quo majore fuit mentis acumine et subtilitate judicii, eo magis virtutes Sallusti et perspexit et ipse amplexus est.

Veriorem quidem imitationis imaginem nescio an usu dicendi Septimiano et Severiano cum consuetudine sermonis Sallustiani collato exprimere possimus, ita enim imitatores compluribus in rebus non minus ab usu Sallustiano decedere

quam inter se discrepare apparebit; sed quoniam tanti ambitus scrutationem institui res ipsa vetat, in iis tantum locis, quos infra tractaturi sumus, occasione oblata in hanc rem inquiremus. Qua in re e scriptis quidem Severi non nisi libri a mundi exordio respiciendi erunt, quippe qui uni puro quodam atque splendido sermone praecellant, cum in dialogis et vita Martini, quibus in libris Severus homines doctos minus spectasse videtur, ipse se soloecismis non erubuisse testis sit cfr. exordium vitae M. § 5, Bernays. p. 42.

Ceterum exemplis imitationis congestis non hoc tantum assecuti sumus, ut qua ratione Septimius et Severus in Sallustio imitando versati sint perspiciamus, majus emolumentum ad ipsum pertinere videtur Sallustium. Ut enim e locis illis, quibus Severus historias Sallustianas spectasse videtur, libros eos ineunte saeculo quinto prorsus integros exstitisse luce clarius apparet, ita propter utriusque imitatoris diligentiam sperare possumus, fore ut in scriptis Sallusti secundum artem criticam recensendis L. Septimii et Sulpicii Severi ope utamur atque auxilio. Quod quidem ita fieri non licet, ut verba Sallusti fide ac consensu codicum satis munita, dummodo propter sensum et usum dicendi scriptoris ferri possint, illorum gratia mutentur; id tantum lucri facimus, ut quibus locis scriptura librorum manuscriptorum sensu prorsus careat, ibi ex imitatoribus veram restituere conemur, aut, si varia in codicibus tradita sint, eam eligamus lectionem, quam Septimio et Severo collatis veram Sallusti manum habere debeamus, aut si quid insolentius ab eo dictum esse videatur, id propter similia imitatorum defendatur atque confirmetur Sed transeamus jam ad singula.

Ac primum quidem locos aliquot tractaturi sumus, qui ad eos ipsos redeunt libros, Vaticanum n. 3864 et Parisinum n. 500, de quibus acerrima virorum doctorum controversia adhuc nondum dijudicata est. Quae cum ita sint, utrum sequendus sit Jordanus, qui in Hermis vol. I p. 229—240 Vum antiquissimo jam tempore interpolatum eaque de causa omnibus locis, quibus Vus et Pus discrepent, Parisino postha-bendum esse censuit, an Weinholdus et Dieckius, qui sententiam Jordani novissimo tempore fere simul impugnaverunt et Vaticanum praeferendum esse statuerunt (ille in actis

societat. philol. Lips. tom. I fasc. II p. 185—241, hic in dissertatione inaugurali Halensi 1872) ex imitatoribus Sallustianis discernere conabimur.

Primo quidem quem tractaturi sumus loco, ex historiarum libris desumpto, qui quod in Po desunt valde dolendum est, non id agitur ut vitia virtutesque Vi et Pi perpendamus, sed ut imitatores Sallustianos Vi patrocinium suscipere in hac jam disputationis nostrae parte demonstremus.

Hist. I 48, 11.

Philippus animi affectionem Lepidi describit: »agitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consili, inquies, haec atque illa temptans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt — atque interim abutitur vostra socordia.«

Weinholdo (cfr. p. 220) lectionem Vi »agitur« contra scripturam »angitur« summo studio defendenti cum eo assentimur, quod nobis quoque »agitur« gravius dictum videtur quam »angitur«, tum praecique, quod Septimius locum imitatus

> III 3 »ira concitus exclamat — dein animi jactatione saucius huc atque illuc oberrans interdum tamen, quatenus praesenti negotio utendum esset consultare«

illud »agitur« per jactatione« et verbum laceratur per adjectivum »saucius« exprimit. Ceterum idem ille verbo »agere« simili sensu ita ut idem fere significet atque »excitare« vel »proturbare« utitur I 7 »praeda atque libidine transversi agebantur« I 21 »metu atque haesitatione diversus agebatur«. Neque minus aptum quod adiciatur Severi exemplum videtur C I 8, 2« agente invidia ab incolis pellitur«.

Jam de locis aliquot, qui in Vo et Po varie traditi sunt, judicium faciendum erit. Quorum primus est:

Cat. 20, 6.

Catilina ubi conjuratis aperuit, se virtute et fide eorum fretum contra dominationem certamen inire conatum esse, orationem continuat:

»ceterum mihi in dies magis magisque animus adcenditur, cum considero, quae conditio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem.

V »nosmet ipsi«, P. C. »nosmet ipsos«.

V »in dies magis magisque«, P. C. in dies magis« — Hoc loco Vus bis unus veram scripturam servasse videtur. Cujus auctoritate subnixi cum omnes, qui scripta Sallusti in usum publicum ediderunt, »nosmet ipsi« quam reliquorum codicum lectionem »nosmet ipsos« recipi maluerint, quod iidem viri praeter Woelfflinum (Philol. XVII, 521) omnes ejusdem Vi »in dies magis magisque« exhibentis vestigiis relictis ad Pi lectionem »in dies magis« singulari quodam inconstantiae exemplo confugiendum esse arbitrati sunt, jure nostro miramur. Vum enim, quoniam unus lectionem quae sententia prorsus efflagitatur »nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem« praebet (cfr. Weinh. p. 197, Dieck. p. 28) totum locum Po rectius tradidisse eaque de causa quem etiam in verbis »in dies magis magisque« sequamur dignum esse apparet. Atque etiamsi Sallustium ceteris locis, quibus quotidianum rei alicujus incrementum et veluti progressum exprimit, aut »in dies magis« (H. III 61, 28) aut »magis magisque in dies« (Cat. 5, 7, Jug. 7, 6) scripsisse negari non potest, tamen illud quod in Vo legitur »in dies magis magisque« tribus Septimii locis, quibus idem verborum ordo exstat, satis superque defendi videtur cfr. I 19 »atque interim in dies magis magisque saeviens«. II 7 mare in dies magis magisque saevire occepit«. III 3 jactari animo atque in dies magis magisque aestuare desiderio«. Quibus locis quartus quidam haud prorsus dissimilis accedit II 19 »malo paulatim magis magisque ingravescente« — Forsitan quispiam dixerit, quamquam Vus et Septimius imitator alter alterum defendant, nihilo minus tamen in tali verborum ordine haerendum esse. Tribus enim illis loquendi formulis »in dies magis«, »magis magisque in dies«, »in dies magis magisque« diligenter inter se comparatis effici, ut in verbis »in dies magis« et in verbis »magis magisque in dies« posteriore quaque parte novi aliquid addatur, in verbis autem »in dies magis magisque« alterum »magis« superflue adiciatur. Tantum tamen abest, ut lectionem Vi scripturae Pi, cujus unum tantum

ipsius Sallusti, imitatoris vero prorsus nullum invenitur exemplum, posthabendam esse arbitremur, ut Vum vel in insolentioribus, si compluribus imitatorum locis defendantur, sine ulla dubitatione sequendum esse statuamus.

Jug. 14, 12.

»Ego (Adherbal) sic existumabam, patres conscripti, uti praedicantem audiveram patrem meum: qui vostram amicitiam diligenter colerent, eos multum laboris suscipere, ceterum ex omnibus maxume tutos esse«

V »multum laboris«, P. C. »multum laborem«. — Vi scripturam Weinholdus suo jure praetulisse videtur. Namque ex »multum laboris«, cum librarii, neutrum illud, quod vel substantivum vel adjectivum esse posset, adjectivum rati substantivum »laborem« eodem casu adicerent, scripturam »multum laborem« facillime oriri potuisse neque ejus modi errorem ullum in femininis usu venire, sed tantum modo in masculinis et neutris scite et eleganter demonstravit cfr. p. 194. Permultis vero exemplis non modo ipsum Sallustium sed etiam sermonis ejus imitatores adjectiva vel pronomina neutrius generis cum genitivis substantivorum conjungere solere confirmari potest. Cujus consuetudinis quamquam Badstübner »de Sallustii dicendi genere« p. 24 nonnulla collegit exempla, tamen is numerus permultis aliis augeri potest.

a) *adjectiva* Cat. 6, 3 pleraque mortalium. 17, 2 plurumum audaciae. 42, 2 plus timoris quam periculi. Jug. 21, 2 diei extremum. 21, 2 plerumque noctis. 31, 22 quantum inportunitatis, 37, 4 in praerupti montis extremo. 42, 4 plus timoris quam potentiae, 44, 1 plus solicitudinis quam auxili. 44, 4 quantum temporis. 51, 2 multum diei. 75, 4 quantum plurumum potest pecoris. 75, 5 quam plurumum aquae. 78, 4 legum cultusque pleraque. 85, 3 quantum negoti, 85, 40 plus gloriae quam divitiarum. 90, 1 aestatis extremum. 93, 2 summum montis. 93, 4 cuncta gignentium. 98, 6 plerumque noctis. 102, 8 obfensae minumum. 102, 9 humanarum rerum pleraque. 109. 4 plerumque noctis. H. I 14 tantum antiquitatis curaeque. I 44 plurumum timoris. II 41, 7 Italiae marituma. II 77 diei medio. III 6 relicua

itur averum — *Dict. Cr.* II 4 diei plerumque. II 6 multum *in* atulationis laetitiaeque. II 16 dimidio fructuum pacti. *ur,* I 16 argenti quantum satis videbatur. II 45 reliquum noctis. III 7 multum diei. IV 6 reliquum noctis. IV 16 argenti quantum . . est, VI 8 cuncta domus fortunaeque. *S. Sev.* C I 17, 6 ima montis. I 40, 4 minus annorum. I 43, 4 pusillum olei. II 11, 1 medium machinae. II 15, 9 ima montium. II 21, 7 multum anni. II 43, 2 vastissima ruinarum.

b) *pronomina.* Cat. 5, 6. 20, 13. 23, 2. 29, 2. 41, 1. 45, 3. 47, 1. 52, 34. Jug. 14, 16. 41, 9. 53, 6. 63, 6. 72, 2. 75, 7. 102, 1. H. I 41, 15, I 48, 22. II 41, 9. *Dict. Cr.* I 8, II 24. II 37. III 21. III 24. IV 16. V 2. *S. Sev.* C. I 17, 7. I 29, 7. I 54, 2. II 1, 3. II 15, 9, II 26, 1 cet.

Postremo etiam post adverbia: abunde, affatim, eo, hic nimis, partim, parum, satis, tunc, ubi cet non magis apud ipsum Sallustium quam apud imitatorem utrumque saepissime genitivum sequi commemorasse tantum sufficiat.

Jug. 24, 2.

In epistola Adherbalis legitur:

»Non mea culpa saepe ad vos oratum mitto, patres conscripti, sed vis Jugarthae subigit.«

Hoc loco cum unus Vus »ad« praepositionem omittat, qui in libris Sallusti tractandis versati sunt alius aliam rationem inierunt. Jordanus enim atque etiam Dietschius Pum sequuntur; contra Dieckuis p. 50 Vum summo studio defendit; Weinholdus denique auream illam diligens mediocritatem hunc locum eorum facit, quibus utrum Vum an Pum sequamur discerni non possit. Nos in tanta sententiarum discrepantia, cum loci a Dieckio perscripti ad sententiam ejus comprobandam minus apti esse videantur, morem nostrum secuti ad imitatores confugiendum esse arbitramur. Abs quibus quod non destituimur gaudemus, cum inde eam qua imitatores Sallustianos contulimus industriam haud frustra collocatam esse eluceat. Quid multa? Septimius Vi lectionem

plane confirmat II 51 «qui eum oratum venissent«. Nam alter qui obstare videtur locus

> II 21 »iterato ad vos ob eandem causam oratum venimus«

nullius in hac quaestione dijudicanda momenti est, cum inter »vos« et »oratum« verba aliquot intercedant.

Jug. 24, 3.

Idem ille Adherbal adversam qua afflictus sit fortunam conqueritur:

> »itaque quintum jam mensem socius et amicus populi Romani armis obsessus teneor, neque mihi Micipsae patris beneficia neque vostra decreta auxiliantur: ferro an fame acrius urguear incertum est.« Sic V et p. (in margine), P. C. »incertus sum«.

Hoc quoque loco qui scriptis Sallusti emendandis operam navarunt, ut quisque certam sibi de codicibus sententiam finxit, eam secuti alius alia ratione rem aggressi sunt. Jordanus enim Pi lectionem praefert, Dieckius tacet cfr. p. 52, Weinholdus p. 193 et Dietschius p. 118 Vum defendunt. Quod mihi quidem suo jure fecisse videntur. Recte enim Dietschius homines inopes consilii a Sallustio incertos appellari dicit (cfr. Jug. 14, 23, 67, 1. 74, 1. 101, 2), id quod huic loco minus conveniat. Eodem vero jure Weinholdus p. 193 alterum quod Dietschius adjecerat argumentum, gravius Adherbalem dicere »neminem discernere posse ferro an fame acrius urgueatur« quam »se non posse hoc discernere« falsum esse dicit; veriorem autem esse eam rationem, ut cum Sallustius notionem vocis alicujus summa constantia retinere soleat »verba ad scriptoris consuetudinem restituamus, quam ut, si quattuor locis aliquis usus confirmetur, quinto autem scriptura fluctuet, hoc loco aliam legem scriptorem secutum esse statuamus.« Huc accedit, quod, ut ipse Sallustius dicit H. IV 5 »perincertum stolidior an vanior«, ita imitatores quoque verbis »incertum est« vel, omissa copula »incertum« interrogationem disjunctivam particula »utrum« non posita subjungunt cfr. S. Sev. C. II 28, 3 »incertum pigeat an pudeat magis disserere. D. Cr. II 15 »in-

certum, pretio an bellandi cupidine. II 30 »incertum, alio(ne) casu an ira Appollinis«. Quibus exemplis eam dicendi rationem Sallustio adamatam fuisse eaque de causa hoc quoque loco restituendam esse confirmari videtur.

Jug. 85, 26.

C. Marius consul creatus contione populi habita nobiles graviter vituperat: eos jactare imagines et virtutes majorum, sibi suamet facta dicere licere. Tum pergit:

»equidem ego non ignoro, si jam mihi respondere velint, abunde illis facundiam et conpositam orationem fore. Set in maxumo vostro benificio cum omnibus locis meque vosque male dictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret.«

Hoc loco, quo in uno Vo scriptum est »meque vosque«, dum Pus et C. »me vosque« exhibent, et Jordani, cujus quidem optimis de Sallustio meritis longe abest ut detrectemus, apparet perversitas, qua lapsus, si quid Vus contra reliquorum librorum consensum praebet abiciendum judicat, et vera eorum ratio, qui Vi lectionem non aspernantur nisi aut sententia aut dubitationibus grammaticis coguntur. Quorum neutrum in hunc quidem locum pertinere videtur. Nam cum ad rem prorsus idem valeat, utrum scribamus »meque vosque« an »me vosque«, iteratam particulam »que« a dicendi genere Sallustiano non alienam esse permultis demonstratur locis, ubi voces duae, quarum prior quaeque pronomen est, per »que — que« conjunguntur cfr. Cat. 9, 3 seque remque publicam curabant. 36, 4 qui seque remque publicam perditum irent. Jug. 10, 2 meque regnumque meum gloria honoravisti. 21, 4 ita seque illisque dignum. 79, 9 seque vitamque suam condonavere. 85, 26 seque remque publicam celebravere. 100, 5 illoque alliisque temporibus. Aliis autem Sallusti locis »que — et« scriptum esse videmus cfr. Jug. 55, 1, 26, 1. 91, 2. 104, 1. Neque prorsus dissimili modo Septimius pronomina cum substantivis vel si quam aliam ponit vocem conjungere solet, ita tamen ut in posterioribus membris particulam »que« iteratam aspernatus »et« scribat cfr. I, 3 ipsamque et multas opes aufert. I 20 festi-

naret eamque et quae nuptiis usui essent mature mittere. II 12 eumque et magnam vim hostium interficit. II 29 qui seque et deum contemptui habuissent. II 29 ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat. II 45 eosque et regem interficiunt. II 52 eumque et reliquos duces deducit. III 15 eumque et omnes interficit. III 25 ipseque et qui cum eo venerant. IV 1 ipsumque et qui cum eo fuissent. VI 8 eumque et paulo post fratrem interficit. Quae cum ita sint, Septimium, qui summo Achaeorum duci exprobrat

> II 29 »ceterum Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat«

in suo belli Jugurthini libro eam ipsam scripturam, quae nobis per unum Vum tradita est, invenisse colligimus.

Jug. 85, 33.

Idem ille Marius de se praedicat: literas Graecas nihil doctoribus ad virtutem proficientes se non didicisse; »at illa multo optuma reipublicae doctus sum, hostem ferire, praesidium agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hiemem et aestatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam et laborem tolerare.«

Vi lectionem »praesidium« ut reliquis libris (P. C.) »praesidia« exhibentibus praeferamus quattuor permovemur rationibus. Primum enim, id quod recte Dieckius monet p. 32, »praesidium« et »agitare« in unum quasi verbum ita coaluerunt, ut »praesidium« in »praesidia« numquam mutari videatur. Deinde praesidia apud Sallustium aut sunt homines armati (Schutzmannschaften) aut instrumenta munitionis vel munimenta (Schutzmittel) cfr. Jug. 10, 4 »non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici.« Porro, ut »praesidia agitare« dici queat, pluralis numerus inter singulares molestissimus est. Denique Sallustianus ille Severus praesidium« scripsit C. II 23, 3 »constitutique qui perpetuum praesidium armati agitarent«.

Itaque si paulisper subsistentes omnes perlustraverimus locos, quibus nobis contigit, ut Vi et Pi codicum controversias ad imitatores tamquam judices deferremus, Vum Po multo praestantiorem esse satis apparebit. Imitatoribus enim

comparatis cum eis quae in codicibus Sallusti scripta leguntur, nullum locum invenimus, quin Vi scriptura per imitatores illos confirmaretur. Optimos vero Sallusti libros ad manum iis fuisse de Septimio saltem illustrissimo demonstrare possumus exemplo.

Cat. 49, 1.

Scriptor ubi narravit quae conjuratione Catilinae detecta in senatu acta essent Ciceronis consulis laudes his inserit verbis, qualia in optimis libris (P. C.) leguntur, quibuscum deteriores prorsus consentiunt, nisi quod trium substantivorum, quae iterata particula »neque« per polysyndeton conjunguntur, ordinem immutaverunt:

»Set eisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque precibus neque gratia neque precio Ciceronem inpellere potuere, uti per Allobroges aut per alium indicem C. Caesar falso nominaretur.«

Jam unum ex tribus illis substantivis »precibus, gratia, precio» propter immutatum in codicibus ordinem verborum glossematis suspicionem movere Dietschius in comment. p. 65 rectissime judicavit; idem ut »precibus« ejiceret duabus permotus est causis. Neque enim effugit virum doctissimum, quod »gratiae« ipsa voce »precibus« continentur, et satis multis illustravit exemplis Sallustium illud »gratia« non conjungere solere nisi cum substantivis »precium« aut »pecunia« cfr. Cat. 52, 23, Jug. 16, 1. 27, 2. 29, 3. 35, 8. Neque temere eum locum correxisse testis et Septimius, cujus locum

> I 18 »per idem tempus Lycius Sarpedon neque pretio neque gratia Phalidis, Sidoniorum regis, inlici quivit, uti societatem militiae nostrae adversum Trojanos sequeretur«

jam attulit Wiedemannus in Philol. vol. XIX p. 155 et Jordanus in editione sua denuo perscripsit. Cui imitationi certum Prisciani X p. 539 (Hertz) accedit testimonium »sed neque pretio neque gratia inpelli quivit«. Qui cum ad usum perfecti »quivi« demonstrandum locum Sallusti adtulerit, quod facere ei non licuisset, si in suo libro »potuere« scriptum legisset, cumque Mercerus qui ephemerida Dictyis edidit e

duorum codicum G. B. vestigiis »inlectus qui virtutis societatem« perfectum „quivit« haud dubie rectissime restituerit, in Catilina quoque Sallusti vel contra omnes libros manu scriptos verbum »quivere« restituendum videtur. Quod mihi quidem hac quoque de causa jure factum esse videtur, quod Sallustius omnia quae antecedunt una quasi comprehensione complexus

§ 4 »set ubi consulem at tantum facinus inpellere nequeunt«

non verbo »possum« cum negatione, sed verbo composito »nequeo« utitur. Neque denique fore credimus ut nimiae accusemur licentiae, quod propter eundem Septimii et Prisciani consensum, quos omnibus libris Sallustianis incorruptius totum locum nobis tradidisse constat, in ordine verborum constituendo ab eo quem optimi codices exhibent recedendum rati Dietschii scripturam »neque precio neque gratia« prorsus laudamus.

Altera quaestio est de codice Parisino n. 1576 (P.[1]). Quem Wirzius, qui novissimo tempore quaestionem denuo proposuit, quamquam ex eoden fonte atque Parisinum n. 500 (P.) fluxisse concedit, saepius tamen praestantiorem Po scripturam servasse dicit. Quod recte eum statuisse duobus quidem locis per imitatores confirmatur.

Cat. 28, 2.

»Curius ubi intellegit, quantum periculi consuli inpendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enuntiat.«

Pi scripturam »periculum« Jordanus, studiosissimus ille Pi sectator, recepit; at contra Dietschius, qui quidem qua permotus sit causa non adjecit, et Wirzius »periculi« scribi maluerunt secundum Pum[1]. Idque jure eos fecisse e magno exemplorum quae p. 44 contulimus numero satis apparere videtur, praesertim cum imitatores hac quoque in re cum consuetudine Sallustiana consentire demonstratum sit.

Jug. 114, 4.

Jure Dietschius in eis, quae in fine belli Jugurthini de Mario dicuntur:

»et ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae"

Pum[1] secutus esse videtur. Nam quod in deterioribus aliquot libris scriptum est »ea tempestate« propter minorem codicum eorum auctoritatem indignum videtur quod recipiatur. Contra lectio »ex ea tempestate«, quam in ceteris C. nec non in Po propter Dietschii et Jordani silentium exstare putamus, eo refellitur, quod apud utrumque imitatorem »ex« praepositio deest cfr. D. Cr. I 44 »neque cuiquam dubium, quin ea tempestate tot egregiis ac pulcherrimis ejus facinoribus spes omnes atque opes militiae in tali viro sisterentur.« S. Sev. C. I 11, 8 ea tempestate spes atque salus Aegypti in illo sita erat«. Facillime autem fieri potuit, ut, quod Dietschius p. 99 suspicatus est, illud »et«, quod unus Pus[1] retinuit, in »ex« corrumpertur. Neque prorsus intelligi potest, qua de causa Sallustius de Mario illo, qui paulo post patriae suae maximo detrimento fuit, »ex ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae« dicere maluerit. At particulam »et«, qua quae in antecedentibus dicta sunt confirmantur (und in Wahrheit), huic loco, quo tota narratio finitur, optime convenire nemo negabit. Pi[1] vero auctoritas eo quoque probatur, quod Septimius, qui altero imitatore accuratius ipsius Sallusti verba retinuit, illud »et« gravius etiam per »neque cuiquam dubium, quin« enuntiat.

Jam quoniam Septimium et Severum ad judicium codicibus Sallustianis adhibendum non parvi momenti esse compluribus locis demonstratum est, ad alios quosdam locos, quo quisque sese offert ordine, transeundum videtur. Quorum ex primo in hermeneutica quoque arte exercenda imitatores adhiberi posse apparebit.

Cat. 2, 9.

»Verum enimvero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.«

Viri docti, quid ad scripta Sallusti interpretanda sese contulerunt, verba »aliquo negotio« ad vocem »intentus« pertinere negant; »intentus« enim non conjungi cum ablativo

casu nisi causa, qua animos intentus fiat, appelletur. Quae cum ita sint, verba »aliquo negotio« aut ablativum absolutum esse statuerunt, aut ablativum »aliquo« ex dativo »aliquoi« corruptum esse suspicati sunt cfr. Fröhner in Philol. vol. XV p. 291. Quem casum non modo superflue addi, sed additum etiam totius loci sensum obscurare Dietschius p. 100 recte monuisse videtur. Idem ablativa »aliquo negotio« cum verbo »quaerit« conjungenda esse judicavit, cui sententiae eo maxime permovemur ut accedamus, quod jam Severus imitator ita locum intellexisse videtur C. I 4, 5 »his more humani ingenii consilium fuit, insigni aliquo opere famam quaerere«. Quem locum jam Wiedemannum in Philol. vol XIX p. 154 perscripsisse bene quidem memineram, neque tamen praetereundum putabam, ne quid huic libello, quo de imitatione Sallustiana disserimus, deesset.

Cat. 5, 2.

»Huic (Catilinae) ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit.«

Sic in optimis codicibus legitur; mirandum autem est quod singularis »discordia« post plurales »bella, caedes, rapinae« nulli nisi Brinko in Philol. vol. XXI p. 162 offensioni fuit. Levissima autem vocis »discordia« in »discordiae« immutatio ab illo proposita in culpam temeritatis vocari non potest, quippe quae per duos Dietschii libros p^5 et γ, quarum lectio »discordie« vera esse videtur, defendatur atque, si quis codicum illorum nullam auctoritatem esse dicat, Severi certe fulciatur imitatione

> C I 26, 1 »Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemptis, pessimis quibusque consentientibus . . . regnum occupavit. isque *discordiis civilibus exercitus* cum suos bello premeret cet«.

Ipsius vero Sallusti consuetudini pluralem non repugnare elucet ex Jug. 78, 1 »ob discordias civilis« .

Cat. 36, 5.

Si Jordano fides debetur, in Po et optimis quibusque libris scriptum est:

»tanta vis morbi atque uti tabes plerosque civium animos pervaserat«.

Quae cum ferri non possint Gerlachius et Jacobs particulam »atque« uncis circumcluserunt, id quod offensioni non esse Dietschius p. 109 satis multis Sallusti exemplis docet cfr. Jug. 32, 4 H. I 48, 9, IV 26, quibus ex imitatoribus addi possunt haec: D. Cr. IV 22 quo exemplo veluti pessima contagione imbutos. Sev. C. I 23, 5 animos eorum habendi cupido veluti tabes incessit. Neque tamen particula »atque« hoc loco contra optimos libros delenda videtur, cum vestigiis eorum instantes alia ratione locum sanare possimus. Hauptii enim in Philol. vol. III p. 547 conjectura »ac veluti tabes«, quam Binderus, qui id illum jam scribi voluisse ignorasse videtur, in ejusdem Philol. vol. XXI p. 162 iterum proposuit, quamque Jordanus in suum recepit textum, contra Bursiani, quem Dietschius secutus est, emendationem »erat quae uti« simili Septimii imitatoris loco defenditur:

II 22 »reputate cum animis vestris, quanta clades et veluti contagio hujusce exempli orbem terrarum occupatura sit«.

Similiter idem ille scripsit II 7 »auctor et veluti causa«, et ipse Sallustius Cat. 42, 2 »inconsulte ac veluti per dementiam«.

Cat. 54, 5.

Scriptor mores C. Caesaris et M. Catonis inter se conferens illum gloriae avidissimum fuisse dicit, hunc esse quam videri bonum maluisse.

»Ita quo minus petebat gloriam, eo magis illum assequebatur«, sic P. P.[1] »eo magis illam assequebatur« P.[2] P.[3] »sequebatur« unus ex C. »eo illum magis sequebatur« Augustin. civ Dei V 12. — Ac primum quidem verbum »assequor« huic loco, quo de spreta gloria agitur, minus convenit, quia notionem laboris adjunctam habet, ita ut fere significet: contendentem aliquid adipisci vel ad finem rei expetitae pervenire cfr. Jug. 4, 4 »qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum, quales viri idem adsequi nequiverint, et postea cet«. Scripturam »sequebatur« autem

desiderari simili quodam Septimii loco confirmatur, quo [illegible] quamquam de Graecis contraria dicit eorum, quae Sallustius Catoni laudi tribuit, hunc tamen respexisse videtur:

> II 21 »credo ego vos, Trojani principes, satis compertum habere, nihil temere Graecos, nihil inconsultum incipere solere, ac semper his jam tum a majoribus provisum atque elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius quam culpa sequeretur«.

Qua imitatione nihil contineri, quo inter »illam«, »illum«, »illa« dijudicantes innitamur, valde dolendum est. Scribentes igitur »eo magis illam sequebatur« ineptissimam nos et contra ea quae antecedunt: »quo minus petebat gloriam« repugnantem sententiam proferre nemo non videt. Contra scriptura Dietschii »illa« sine ulla codicum fide est, quodque Jordanus amplexus est »illum« Augustini testimonio fulciretur, nisi scriptoris illius ecclesiastici libros criticam adhuc philologorum censuram expectare constaret. Certe hoc quidem loco testimonium ejus nihil valere ex eo apparet, quod a Sallustiano verborum ordine recedens pronomen »illum« falsissime ante comparativum »magis« posuit.

Itaque cum codices Sallusti inter se discrepent, Augustinus autem paulo negligentius in Sallustio laudando versatus sit, nobis quidem pronomen illud prorsus delendum videtur, praesertim cum sublato eo nihil desideretur.

Cat. 55, 1—6.

»Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul, optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere ne quid eo spatio novaretur, tres viros quae ad subplicium postulabat parare jubet; ipse praesidiis dispositis Lentulum in carcerem deducit, idem fit ceteris per praetores. Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur. — 5) In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium quibus praeceptum erat laqueo gulam fregere. Ita ille patricius ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare inperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium vitae invenit.«

Verba »vindices rerum capitalium« in libris manuscriptis

varie et corrupte tradita sunt; Pus enim exhibet »Lentulus et indices«; »per judices« M.; »per vindices« G.; plerique omissa praepositione »vindices«. Jam cum ad manum Sallusti expediendam e codicibus nihil nobis veniat auxilii, recte Dietschius p. 71 verba »vindices rerum capitalium« delevit, praesertim cum non eorum fuerit, sed cornificum, damnatos manu percutere, verba autem »quibus praeceptum erat«, si ad vindices rerum capitalium referuntur, prorsus superflue addantur. Contra aptissime cornifices per euphemismum »quibus praeceptum erat« appellari negare non possumus. Quae loquendi ratio per Septimium defenditur, qui iisdem fere verbis subjectum per ambitum enuntiat

V 4 »quibus imperatum erat ad naves veniunt«.

Verba igitur »vindices rerum capitalium« a commentatore quodam in margine adscripta in textum irrepsisse et deinde, cum sensu prorsus carerent, ab aliis alia ratione toti loco accomodata esse suspicamur.

In iis autem, quae antecedunt »quae ad subplicium postulabat« ut cum Dietsshio consentiamus persuadere nobis non possumus. Nam etiamsi majore Pi et Pi[1] auctoritate ut praepositionem »ad« ceteris codicibus, qui eam non exhibent, posthabitis retineamus efflagitari videtur, tamen omissam praepositionem consuetudini Sallustianae optime convenire ab ipso Dietschio permultis illustratum est exemplis. Quem numerum ex utroque imitatore augere possumus cfr. D. Cr. II 35 res postulare videtur. IV 13 uti res exposcebat. V 4 quae tempus monebat. I 4 quae tempus patiebatur. II 41 quae tempus anni patiebatur. S. Sev. C. II 2, 4 res postulat. C. II 28, 2 res admonebat. Jam cum Septimius in eadem periodo

> V 4 »at lucis initio quibus imperatum erat ad naves veniunt, decretum civium cunctis narrant: itaque cum quis antea ad confirmanda, quae tempus monebat, secedunt«

genus dicendi Sallustianum imitatus et dicat »quae tempus« monebat et »quibus imperatum erat«, hunc ipsum quem tractamus Sallusti locum in tota periodo conformanda imitatori obversatum fuisse statuimus. Quod si ita est, praepositionem »ad« jure nostro delevisse nobis videmur.

In postremis denique Sallusti verbis formam »exitium«, quamquam optimorum codicum consensu fulciri videtur, in »exitum« mutandam esse arbitramur. Primum enim nullo alio Sallusti loco exitium finem rei alicujus significat cfr. »Jug. 70, 5 Jugurthae exitium adesse. H. III 61, 16 ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. H. I 41, 25 turbamenta reipublicae atque exitia probate«, quibus locis omnibus exitium idem est atque pernicies, vel ut vocabulo germanico utamur Untergang, non Ausgang. Neque aliter imitatores vocem usurpant cfr. D. Cr. I 11. II 29. II 30. II 31. III 25. IV 19. V 6. V 9. S. Sev. C. I 16, 1. I 17, 1. I 20, 7. I 27, 4. I 29, 5. I 33, 8. I 35, 6. I 35, 7. I 38, 8. II 13, 3. II 16, 1. Porro Severus imitator

> C. I 51, 2 »a filiis interfectus dignum se exitum tulit«

scripsit »exitum«, non »exitium«, quamquam haec forma, cum desit genitivus »vitae«, ferri optime potuit. Severus autem cum alio loco (C. I 38, 8) ubi nulla Sallusti imitatio est, scripserit »se dignum exitio, quia ipse peccasset«, superiore loco formam »exitum« nulla de causa, nisi ut verba Sallustiana quam accuratissime referret, usurpasse videtur.

Postremo alter imitator quamvis maxima insolentiorum verborum affectatione imbutus fuerit, nihilominus tamen dicit VI 15 »exitus vitae« et IV 15 »exitus mortis«, quod, cum locum se Sallusti novisse ipse testetur verbis

> IV 3 »deletis copiis . . . ipsa spectaculum dignum moribus suis praebuit«

nunquam dixisset, si obsoletum illud »exitium« in suo invenisset libro Sallusti cfr. Otto Frising chron. II 41 »sic ultimae reginae ac primae sors et exitus similis fuit«. Et quamquam »exitium« antiquam formam fuisse concedimus, tamen a Sallustio eam usurpatam esse nullo certo testimonio evinci potest.

Jug. 10, 1.

Micipsa moriturus Jugurtham nepotem monet:
»Parvom ego Jugurtha, te, amisso patre sine spe sine

ium«, ›us in regnum accepi, existumans non minus me tibi
r, in ›m liberos, si genuissem, ob benificia carum fore, neque
ullo res falsum me habuit.«

cf. Quod Dietschius p. 74 »ea res« pro »id« scribi posse negavit, id falso eum statuisse colligimus e Septimio, qui iisdem fere verbis dicit et »quae res non frustra eos habuit« (II 37) et »quod non frustra eos habuit« (I 11). Huc accedit quod omnes libri Sallustiani raro quodam consensu scriptnram »ea res« exhibent, quae lectio praeter imitationem Septimii Quintiliani quoque in instit. or. IV 3, 12 et Nonii p. 75 fulcitur testimoniis. Ceterum, si Dietschius »ea res« pro »id« minus accurate dici recte statuisset, etiam in septimo belli Jug. capite § 3, ubi in omnibus editionibus scriptum est »set ea res longe aliter ac ratus erat evenit«, verba »ea res« delendae forent, id quod insuper per Severum totum locum accuratissime adumbrantem C. I 34, 7 »sed longe aliter ac ratus erat evenit« commendari posset.

Jug. 25, 7.

Senatus querelis Adherbalis commotus non minus quam permotus legatos in Africam mittendos decreverat. Qui cum Jugurtham quam ocissime Uticam venire jussissent, ille »primo conmotus metu atque lubidine divorsus agitabatur: timebat iram senatus, ni paruisset legatis: porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat«.

»Rapiebat« in Po scriptum est, cujus quidem manus altera punctum addidit; in reliquis libris »rapiebatur«. Jam quoniam optimi codicis fides alterius manus correctura labefacta est, omne judicium e sententia et usu dicendi Sallustiano pendere videtur. Atque ad rem quidem nihil interest, utrum scribatur »rapiebat« an »rapiebatur«, nisi quod illud elegantius videtur, cum animus Jugurthae tamquam adversarius cogitetur, qui ut temptator in malam eum partem trahere vult. Set cum in arte critica hoc prorsus cavendum sit, ne, siquid elegantius dictum nobis videatur, id potissimum amplectamur, qua ratione Sallustius vocem »animus« usurpare soleat explorandum erit. Huc pertinent: Cat. 3, 4 animus

aspernabatur. 5, 5 animus cupiebat. 20, 3 animus ausus est. 31, 4 animus movebat. 51, 2 animus providit (sic enim ad congruentiam cum proximo perfecto gnomico »paruit« restituendam scribendum videtur). Jug. 22, 3 quo plura strenue fecisset, eo animum minus tolerare. 31, 4 animus subigit. 54, 4 quo cujusque animus fert, eo discedunt. Igitur cum activam vocis »animus« structuram Sallustio familiarissimam esse eluceat, lectio »animus rapiebat« consuetudini scriptoris prorsus convenit. Quae scriptura eo quoque efflagitari videtur, quod Septimius

> I 4 »et quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque injurias rapiebat, tamen ex consilii sententia legantur prius ad Trojam P. Ul. et M.«

ejusdem verbi »rapere« activo genere utitur. Septimium autem, qua in imitando Sallustio versari solet diligentia, si »animus rapiebatur« ab eo scriptum legisset, »et quamquam atrocitate sceleris . . . rapiebantur« scripturum fuisse pro certo habemus.

Neque prorsus dissimili ratione proximus locus tractandus videtur.

Jug. 39, 5.

Sermo est de Spurio Albino, cujus fratrem Aulum Postumium Jugurtha vicerat victumque miserat sub jugum.

»Postquam eo (in Africam) venit, quamquam persequi Jugurtham et mederi fraternae invidiae animo ardebat, cognitis militibus, quos praeter fugam soluto inperio licentia atque lascivia conruperat, ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum.«

Hoc loco, quamquam optimi libri ablativum »animo« tueri videntur; consuetudine tamen Sallustiana nominativum »animus«, qui quidem in libris nonnullis invenitur, postulari ex iis, quae supra collegimus exemplis, plane elucet. Quibus Severi imitatoris accedunt haec: C. I 4, 3 persequi animus non fuit, C. I 10, 7 animus abhorrebat. C. I 14, 6 animus non patiebatur, C. II 12, 4 barbarus animus uxorem matrimonio ac regia depellit, M. 25, 2 ardebat animus vitam illius scribere. Severum autem, quem locum de quo agimus imitatum esse p. 18 illustravimus, in vita sancti Martini

25, 1 »quia jam ardebat animus vitam illius scribere«

nominativum »animus« nisi hunc casum in suo exemplo Sallustiano legisset, non scripturum fuisse verisimile est. Quod si recte statuimus, vel contra Pum et optimos libros scriptura »animus ardebat« vera Sallusti manus habenda erit, praesertim cum codex Veronensis Severi, qui septimo jam saeculo scriptus est, Pum Sallustianum vetustate longe superet.

Jug. 32, 1.

Memmii contra nobilitatem oratione perscripta historia belli Jugarthini his continuatur verbis:

»Haec atque alia hujuscemodi saepe indicendo Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret«

»indicendo« invenitur in Po et C. plerisque; in Po[1] »dicundo«; »dicendo« in C. reliquis. Jam cum optimorum codicum scriptura »indicendo« antecedenti Memmii orationi minime conveniat, neque tamen quo modo syllaba »in« irrepserit in textum appareat, reliquorum codicum librarios corruptam jam archetypi scripturam emendasse potius quam veram retinuisse arbitramur. Et quamvis, quod Jordanus syllabam »in« e comparativi »saepius« exitu ortam esse suspicatus est, blande nobis arrideat, tamen propter Septimium, qui orationis a Priamo habitae eventum describit,

I 6 »haec atque alia hujus modi inserens differri querelas . . . jubet«

ab ipso Sallustio »inserendo« vel »inserundo« scriptum fuisse dixerim, eamque scripturam in »indicendo« corruptam postremo in »dicendo« emendatam esse. Quod vitium, si quidem Sallustium hac quoque in re Severo obversatum fuisse sumi licet, mature jam natum esse colligitur ex Severi C. I 32, 6 »his atque aliis istius modi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Deum consulit«. Ceterum a Sallustio ablativus gerundii multis ponitur locis, quibus plerique scriptores nominativo participii praesentis utuntur cfr. Cat. 7, 7, Jug. 28, 7. 51, 5. 61, 2, H. I 75. Quae consuetudo, cum

jam in carmine illo sepulcro Scipionis inciso scriptum sit »hec cepit Corsica Aleriaque urbe pugnándod«, qua Sallustius priscae linguae admiratione imbutus fuerit, illustrare videtur.

Jug. 42, 4.

Scriptor, unde mos ille partium et factionum ac deinde omnium malarum artium Romanis ortus sit, multis disseruit; jam sese revocat ad propositum. »Set de studiis partium et omnis civitatis moribus si singulatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deseret«, sic P. et plerique C., »deserat« vel »desereret« ceteri. Quod Dietschius et Jordanus indicativum, qui optimorum librorum auctoritate nititur, aspernati sunt, prorsus mirum videtur. Indicativus enim, quem modum apud Sallustium saepius ibi quoque inveniri, ubi secundum vulgares grammaticorum leges conjunctivus magis foret usitatus, Badstübner in commentatione de Sallustii dicendi genere p. 39 et Bussmannus »de temporum et modorum apud Sallustium usu« p. 5 testes sunt, Severi imitatoris accuratissima translatione satis defenditur cfr. D. I 19, 6 »sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula, quae mihi de sanctorum virtutibus sunt conperta, consummem«. Ceterum indicativum illum, quippe quo non incerti aliquid modeste proponatur, sed id ipsum quod narratur verum esse pro certo confirmetur, vim orationis egregie augere negari non potest.

Jug. 47, 1—2.

»Erat haut longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum, ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc consul simul temptandi gratia si paterentur et ob oportunitates loci praesidium inposuit.«

Locus, quem totum Dietschium secuti perscripsimus, difficillimus est. Namque ut verba »ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales« (quae, cum in Po et Po^1 prior infinitivi »incolere« littera »e« erasa sit,

ex C. autem libri nonnulli exhibeant »incolae«, gravioris corruptelae suspicionem movere possunt et fortasse secundum Septimium

> II 8 »qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultro citroque vagabantur«

ita edenda erunt, ut scribatur »ubi cum incolis res mercari consueverant Italici generis multi mortales») silentio praetereamus, certe quae sequuntur »huc consul cet. multis dubitationibus obnoxia sunt. Ac primum quidem de codicibus quaerentibus Jordanus in Po et C. »temptandi gratia et si paterentur oportunitates loci« scriptum esse auctor est; in Po[1] autem a prima manu genitivum singularis »oportunitatis« restitutum esse Wirzius testatur; deteriores denique libri ante »oportunitates« praepositionem »ob aut »propter« verborum contextui inserunt. Jam »oportunitas«, quoniam apud Sallustium bonam quandam oportunitatem exprimit, nulla ratione cum verbo »paterentur« conjungi potest, cum quemvis locum oportunum praesidium pati inter omnes constet. Unde verba »si paterentur« ad Vagenses pertinere et iis quae antecedunt »temptandi gratia« subjungenda esse elucet. Rectissime enim Dietschius p. 21: »oportunitas loci causa fuit, ut Metellus Vagenses potissimum temptaret, eam tum accessisse si illi paterentur pervorsum est«, cui viro de Sallusti scriptis optime merito additam post »temptandi gratia« particulam »et« ex ignorantia librariorum, quibus usus particulae »si« post verba experiundi ignotus fuisset, ortam esse statuenti libenter assentior. Nam etiamsi in scriptis Sallusti quae nobis manserunt nullum exstat exemplum, imitatores tamen usum eum haud paucis confirmant testimoniis cfr. D. Cr. IV 9 lacessentes si auderent ad bellandum Trojanos. IV 10 operientes si egrederetur Achillem. IV 19 Alexandrum lacessit si auderet sagittario certamine, V 1 omnibus expectantibus audire, si quis modus tantis malis fieret. S. Sev. C. I 54, 2 consulit, si quid spei forsitan superesset. C. II 45, 3 opperiens imperatoris voluntatem, si forsitan . . . juberetur. Itaque verbum »paterentur« non ad »oportunitates«; sed ad Vagenses pertinere et cum verbis »temptandi gratia« conjungendum esse ex imitatoribus Sallustianis satis elucet.

Jug. 55, 4.

In Pi scriptura »ita quo clarior erat (Metellus), eo magis anxius erat neque post insidias Jugarthae effuso exercitu praedari« non haererem, nisi propter reliquorum codicum lectiones »eo magis animosior« vel »eo animosior« (F.) vel »eo magis animus anxius« (M. M.[1] M.[2] T.) in archetypo casum substantivi »animus« additum« fuisse eumque in Po intercidisse, in ceteris autem corruptum esse suspicari deberemus cfr. Dietsch. p. 22. Sed quem casum in archetypo scriptum fuisse censebimus? Nominativus quidem, de quo propter exemplorum quae p. 58 collegimus multitudinem cogitari possit, huic loco minus convenire videtur, cum quae sequuntur »neque . . . effuso exercitu praedari« ad subjectum »animus« male referantur. Animo enim motus et affectus apte tribuuntur, ita ub pulcherrime dicatur »animus ardet, abhorret cet«, sed imperatoris eum exequi officia nemo dicere ausus sit. Ablativum autem, quem casum Dietschius praeferendum censet, non receperim, quia adjectivum, quocum ablativus »animo« conjungitur, praeter Jug. 52, 6 »animo vacuos«, 113, 3 »animo varius« et D. Cr. III 1 »intenti animo« omnibus et ipsius Sallusti et imitatoris utriusque locis vocis »animo« structuram in genere, numero, casu sequitur. Neque vero idem de genitivo »animi« valere permultis docemur exemplis cfr. Hist. II 92 animi atrox. III 13 ingens ipse virium atque animi. III 17 firmatus animi. III 95 animi incertis succurritur. IV 27 inquies animi. IV 71 nimius animi. IV 72 anxius animi atque incertus.

Dict. Cr. V 9 collectum eum refectumque animi. *S. Ser* C. I 15, 4 furens animi. I 33, 1 modestus animi. I 35, 10 vecors animi. II 45, 5 dubius animi.

Quibus exemplis addi possunt multa alia, quibus Sallustium non magis quam imitatores saepissime genitivum ita ponere demonstratur, ut casus ille quasi circuitum atque orbem determinet, intra quem vis ea, quae adjectivo significatur, pollet atque viget cfr. Cat. 5, 4 sui profusus. 7, 6 pecuniae liberales. Jug. 44, 1 iners belli. Hist. I 100 privos ipse militiae. I 106 egregius militiae. II 13 belli promptissumos delegebant. III 81 dubius consili. IV 48 insolens

vera accipiundi. IV 73 consili aeger. *Dict. Cr.* II 17 contentus eorum. III 6 egregius bellandi. III 15 hostem securum sui praevortit. III 27 securus jam filiae. IV 13 viro egregio bellandi. IV 15 inclitam bellandi. V 9 securum sui secretorumque. VI 15 invalidus virium.

S. Sev. C. I 2, 7 originis degeneres. II 4, 6 insolens parendi. II 13, 5 anceps consilii. II 46, 4 disserendi ac disputandi promptissimus. II 46, 4 utendi parcissimus.

Jug. 72, 2.

Jugurthae, Bomilcare aliisque, quos suspectos habebat, interfectis

»neque dies aut nox ulla quieta fuit: neque loco neque mortali cuiquam aut tempori satis credere, civis hostisque juxta metuere, circumspectare omnia et omni strepitu pavescere, alio atque alio loco, saepe contra decus regium noctu requiescere, interdum somno excitus adreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi vecordia exagitari«.

E codicibus C. plerique et prima Pi manus exhibent »somno excitus«; »exercitus« P.; »excitatus« C. reliqui; »experrectus« Diomedes p. 376. In hac tanta librorum varietate qui Sallusti opera in usum publicum ediderunt partim codicum lectionem »excitus«, ex qua scripturae »exercitus« et »excitatus« profectae esse videntur, amplexi sunt, partim propter Diomedem, qui vocis »experrectus« gratia locum Sallusti laudat, omnes codices corruptos esse judicaverunt. Quo in numero Dietschius commemorandus est, ex illis Jordanus, qui mihi quidem veriorem rationem ingressus esse videtur.

Namque si Severum in epistolae alterius paragrapho quinta

> »evigilo: somnoque excitus congratulari coeperam visioni«.

Sallustium ante oculos habuisse demonstrari potest, jure nostro scripturam »excitus« contra Diomedem defendemus. Jam cum non modo in epistolae Severianae initio imitatio Sallusti denegari non possit,

§ 2	Jug. 71, 2
cum fatigata animi angore in lectulo membra possuissem, ut plerumque ex maestitudine solet, somnus obrepsit	exercito corpore fessus in lecto quiescebat, ubi cognitis Bomilcaris insidiis primo cura, deinde, uti aegrum animum solet somnus cepit,

sed etiam quae apud Sallustium sequuntur, alio Severi loco libere translata sint,

Jug. 71, 3—4.	C. II 13, 1.
Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque et omnium consiliorum nisi novissumi particeps. Qui ... cognitis insidiis ad regem pergit	Qua tempestate Mardochaeus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorum familiarium curator, is compositas a duobus spadonibus regi insidias prodiderat,

non dubitamus, quin verba »somnoque excitus« e Sallustio desumpta sint. Itaque codices nostros Sallustianos prorsus integros esse statuimus; Diomedem autem, quamquam Severo librisque Sallusti vetustate praecellit, posthabendum esse, quippe qui ea quae grammaticorum illorum propria fuit socordia atque indiligentia, in Sallustio laudando versatus esse videatur.

Jug. 85, 47.

C. Marius, ut juventutem militaris aetatis accendat »egomet«, ait, »in agmine aut in proelio consultor idem et socius periculis vobiscum adero«.

Utrum Vi scripturam »periculis«, an »periculi« reliquorum codicum veram esse existimemus dijudicaturi ab imitatoribus destituimur. Severus enim, qui de libro, quem de vita Sancti Martini conscripserat, Postumianum quendam loquentem facit:

> D. I. 23, 2 »hic mihi terra ac mari comes, hic in peregrinatione tota socius et consolator fuit«,

nullum, quod Sallustiano illi »periculo« respondeat, exhibet substantivum. Sed idem ille vocem »consultor« falsam esse demonstrat. Absurde enim Marius militibus, se consultorem iis fore, promittit, id enim adeo cujuslibet ducis est, ut vel minime animos militum promptiores ad bellandum reddat, etiamsi diserte, se hoc praestiturum, polliceatur. Quod imperator ut efficiat, artissima omnium laborum societate, ita

ut miserias exercitus a se non alienas esse non verbis tantum demonstret, sed ipsa re praestet, militibus proposita multo rectiorem ingredietur viam cfr. Xen. Ages. V 3 *καὶ μὴν εἴ ποτε μοχθῆσαι στρατιᾷ συμβαίη, ἑκὼν ἐπόνει παρὰ τοὺς ἄλλους, νομίζων πάντα τὰ τοιαῦτα πασαμυθίαν εἶναι τοῖς στρατιώταις.* Vitium igitur scripturae codicum inesse videtur, quod facillime tollitur, si vestigia imitatoris secuti pro »consultor«, una tantum quae facile excidere potuit littera addita, »consolator« in verborum Sallustianorum contextum restituimus.

Jug. 106, 2.

Volux Sullae ad Bocchum profecto obviam missus erat copiasque cum eo junxerat. »Post ubi castra locata et diei vesper erat, repente Maurus incerto voltu pavens ad Sullam adcurrit dicitque sibi ex speculatoribus cognitum, Jugurtham haut procul abesse.«

Participium »pavens«, quod Linkerus uncis inclusit, omnium codicum consensu adeo munitum est, ut ejici prorsus non debeat, id quod insuper Severi comprobatur imitatione

> D III 15, 4 »trementibus labiis incertoque vultu decolor prae furore rotabat verba«.

Qua imitatione quod Dietschius p. 94 Kritzium secutus verbum »pavere« de maximo metu, qui pallorem et tremorem efficiat, usurpari monuit, egregie confirmatur, cum Severus illud »pavens« per »decolor« interpretatus sit.

Jam ubi triginta fere locis Sallustium cum L. Septimio et Sulpicio Severo imitatoribus contulimus, reliquum est, ut, quae invenisse nobis videamur, paucis comprehendamus. Primum igitur sex locis codici Vaticano, non Parisino n. 500 primas tribuendas judicavimus nec non Parisino Parisinum[1] n. 1576 plus minus anteferendum esse statuimus. Itidem compluries, si quae insolentius a Sallustio dicta esse videbantur, similibus imitatorum comparatis defendere conati sumus cfr. Cat. 20, 6 »in dies magis magisque«. Jug. 10, 1 »ea res«. Jug. 42, 4 »deseret«, Jug. 47, 2 »temptandi gratia,

si«. Aliis vero locis, quibus inter discrepantes codicum scripturas dijudicandum erat, eam amplexi sumus, quae imitatoribus collatis vera Sallusti manus esse videretur. Nec defuerunt loci, ad quos sanandos, cum e libris manuscriptis nihil redundare intelligeremus, Septimium et Severum arcessere debuerimus, quibus adhibitis nonnunquam etiam, utrum verba aliquot delenda essent an retinenda, judicium fecimus cfr. Cat. 49, 1 »precibus«, Cat. 55, 5 »vindices rerum capitalium«. Jug. 106, 2 »pavens«. Quid quod duos Sallusti locos (Cat. 49, 1 »quivere«. Jug. 85, 47 »consolator«) vel contra omnes libros ex imitatoribus edendos esse ostendere conati sumus. Postremo semel (Jug. 72, 2) Diomedis grammatici testimonium, quo codicum Sallustianorum auctoritas tollatur, indignum esse ex imitatione Severi statuimus.

Quae cum ita sint, etiamsi toti quaestioni minime a nobis satisfactum esse non ignoramus, tamen, quantum quidem intra fines huic disputationi constitutos fieri potuit, L. Septimium et S. Severum, sermonis Sallustiani diligentissimos imitatores, ad manum ipsius Sallusti expediendam haut spernendos esse demonstrasse nobis videmur.

Index locorum tractatorum.

	pag.
Cat. 2, 9	51
5, 2	52
20, 6	42
28, 2	50
36, 5	52
49, 1	49
54, 5	53
55, 1—6	54
Jug. 10, 1	56
14, 12	44
24, 2	45
24, 3	46
25, 7	57
Jug. 32, 1	59
39, 5	58
42, 4	60
47, 1—2	60
55, 4	62
72, 2	63
85, 26	47
85, 33	48
85, 47	64
106, 2	65
114, 4	50
Hist. I 48, 11	42